



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




Godw . 282 .  
Subt.









ANTHOLOGIÆ GRÆCÆ

A

CONSTANTINO CEPHALA

CONDITÆ

LIBRI TRES.

AD EDITIONEM LEIPSIENSEM  
JOANNIS JACOBI REISKE  
EXPRESSI.

ACCEDUNT  
INTERPRETATIO LATINA,  
POETARUM ANTHOLOGICORUM NOTITIA,  
INDICES NECESSARII.

OXONII.

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.  
Prostant venales apud Jacobum Fletcher, Oxonii: J. Nourse,  
P. Vaillant, et J. Fletcher, Londini.

MDCCLXVI.





1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890



E D I T O R I S

P R Æ F A T I O.

**I**MPERANTE Justiniano, Epigrammata Græca, a Meleagro Gadareno, deinceps a Philippo Theſſalonicenſi, collecta, quamplurimis etiam novis carminibus undique conquisitis et adhibitis, in unum quaſi corpus coegit Agathias, Myrinæus. Opus ille ſuum, materiæ ratione habita, ſatis artiſticioſe digeſſit in ſeptem libros, ſive ſeptem ſumma argumentorum capita. Hanc Agathiæ Collectionem, longe refertiffimam, circiter A. D. 1370, Maximus Planudes,

vir Græcis literis excultus, et inter monachos Constantinopolitanos otio florens erudito, reformandam suscepit; ita scilicet, ut ordinem carminum ab Agathia primitus institutum, salvo tamen librorum numero, penitus mutaverit, seu potius aboleverit; et ad novas classes, sive locos quosdam communes, epigrammata redegerit. At nec omnia quidem Collectionis hujus Agathianæ Planudes arripuit; quædam enim ab alio collectore, quem mox ostendam, prius occupata, prætermisit. Ista vero Planudis, ea ipsa est quæ communiter appellari solet *Anthologia Græca*, recepto dudum nomine; editaque est primum Florentiæ, A.D. 1497, literis majusculis, a Jano Lascare.

Longe tamen ante Planudem, sæculis fere tribus, id quod obscure præmonui, Constantinus Cephalas, homo ignotus, sed quem Grammaticum, Rhodique natum fuisse

fuisse, conjicio<sup>a</sup>, Florilegium hujusmodi quasi novum condiderat; Agathianum illud et Meleagreanum partim transcribendo, partim epigrammata recentiora, nec pauca quidem, subtexendo. Quæ vero in hac Collectione Cephalas omiserat, five impudica<sup>b</sup> essent five honestiora, ex iis Anthologiam suam Planudes ille, nullo præterea delectu habito, contexuisse videtur<sup>c</sup>. Et profecto magnam copiam carminum, qua ratione

a Vid. Notit. Poetar. Anthologic. inf. p.47. Et Comm. Cl. Reiskii ad Anth. Ceph. p. 117.

b J. Lascaris in Epistola P. Medici, nonnisi in principe illa et rarissima Anthologiæ vulgaris editione reperienda, hæc habet. “Planudes castravit hunc Librum, detractis lascivioribus epigrammatibus, ut ipse gloriatur.” Nimirum ita castravit Agathianum Librum, ut *lasciva* epigrammata quæ Cephalas exinde sumpserat, omitteret. Quæ vero Cephalas omiserat, delectui breviori studens, ea certe non repudiavit Planudes; ut videre est in ejus Libro septimo.

c Nonnulla quidem, utriusque generis, sed perpauca, forsan ἀσέλγητα, quæ Cephalas antea decerpserat, admisit Planudes.

nescio, nisi forte quod compendium medietaretur, et nova quælibet Agathianis passim præponeret, Planudi postea sublegendam reliquit Cephalas. Utcunque illud fuerit, Florilegium suum Cephalas hic noster, Agathianos Titulos, sive classes, quodammodo secutus<sup>a</sup>, in sex Libros divisit. Primus habet ΠΑΙΔΙΚΑ. Totum hoc caput, sive librum, a collectione Meleagreana omnium longe antiquissima, auctum deinde a Stratone, Severi tempore, sed omissum penitus ab Agathia, desumpsit Cephalas<sup>b</sup>. Istius

<sup>a</sup> Antiquus enarrator ad Coronam Meleagri, in Cod. MS. St. Vaticano, perperam notavit, Cephalam in diversa capita, *Amatoria* nempe, *Dedicatoria*, et cætera, distribuisse coronam, sive collectionem, Meleagri. Nam primus auctor hujus distributionis erat Agathias, quem pro exemplari habuit Cephalas. Vid. Eman. Martini Epist. 193. Qui non recte distinxisse videtur inter collectionem Meleagrean et Agathianam. Nec vidit etiam Vavassor, hujus distributionis auctorem Agathiam, non Cephalam, fuisse. De Epigr. Cap. XVI. pag. 119. Edit. fol. Amstel.

<sup>b</sup> Vid. Notit. ut supr. p. 54, 85, 86.

autem libri pars est, ad quem nimirum spectat unice, Præfatio quædam Meleagri, nec inelegans; ubi formosos pueros, in eodem libro celebratos, suavissimis pulcherrimisque flosculis et germinibus comparat. Secundus Liber, longe quidem brevissimus, est *Metrorum variorum*; carminum scilicet, quæ singula constant ex hexametris, pentametris, et senariis, una contextis; interdum vero solis iambis. Tertius *Amatoria*, five Puellarum laudes, complectitur. Quartus *Dedicatoria*; quintus *Sepulchralia* carmina, continet. Sextus ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ, five epigrammata *Miscellanea*, nullius non argumenti, ad ingenium ostentandum præcipue composita<sup>a</sup>. Atque ita totum quod habemus hodie trium illarum, quarum memini, Anthologiarum, Meleagri, Philippi, Aga-

a Qui plura vult de significatione nominis ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ, adeat Reiskii Comm. ad Anth. Ceph. p. 160, seq. thia

thiæ, Constantino Cephælæ, ac post illum Maximo Planudi, debemus. Etsi forsitan Anthologias illas veteres, vel unam potius Agathianam e reliquis conflata, utrique non ita sedulo collegerint, ut nihil e tanta carminum farragine posteritati desiderandum reliquerint. Præfationes enim, sive Coronæ, Meleagri et Philippi, poetarum nomina commemorant, quæ nec in Cephalea nec in Planudea leguntur hodie. Unde suspicari licet, Agathiam, grandem supellectilis hujusce thesaurum, cujusque solam Collectionem Planudes forte viderat, non integre Meleagream<sup>a</sup> et Philippeam complexum fuisse. Nisi fortasse concedas, horum poetarum, vetustissimorum quidem, nomina, sub titulis illis passim occurrentibus, ΑΔΗΛΟΝ et ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ, obscurata delitescere. Fa-

<sup>a</sup> Alia, Meleagri scilicet, omisisse præter ΠΑΙΔΙΚΑ, quæ certe non attigit, ut dixi supra.

tendum est quidem, carmina ita signata fere semper esse elegantissima; antiquissima quoque sunt, ut credas ex hac ipsa causa, quod auctorum nomina decursu temporis interciderint. Hoc subinde notatu dignum puto: Inter epigrammatum Græcorum versiculos, quos pæne innumerabiles hinc inde Suidas in exempla citavit, nullum fere esse, qui non pertineat ad carmina in Cephalea et Planudea nunc extantia. Unde contra colligi possit, Agathiam, quem potissimum forsitan usurpabat Suidas<sup>a</sup>, et ex quo duæ illæ Collectiones constant, integrum nos habere. Quod si Meleagreanam quoque et Philippeam triverit Suidas, et illas, exinde etiam concludat aliquis, Agathiam continuisse; vel saltem illarum partem maximam. Fieri interea potest ut Agathias ipse, im-

<sup>a</sup> Suidas vixit circiter A. D. 1000, secundum calculos Cavei et Kufferi.

b

perfectus,



perfectus, librariorum imperitia aliisque injuriis mutilatus, ad Planudem deven-  
 rit. Contra nec ipse quidem Planudes  
 semper fideliter exscripsit Agathiam. Alia  
 enim circumcidit, alia pro sua libidine mu-  
 tavit et innovavit, epigrammata <sup>a</sup>. Qua

<sup>a</sup> A carmine Callimachi, Anthol. Planud. Lib.7. 154, duos priores versiculos exsecuit. In alio Asclepiadis, ibid. 155, duos etiam, sane festivos, omisit; quos præferunt libri veteres. In Epigrammate Meleagri, de Puero defuncto, Δάκρυά σοι κῆ νέρθεν, &c. HELIODORAM, pro HELIODORUM, reposuit, quod codices habent. Unde credidit Vincentius Obsopoeus, in suam ipsius Uxorem haud dubie Meleagrum hoc epigramma composuisse. Profecto nonnullæ *vocularum*, quod debuerat vidisse Vincentius, extincto *Puero* magis convenire videntur.

Αἶψά, πῶς τὸ ποθρινὸν ἐμοὶ ΘΑΛΟΣ; Ἄρπασεν Ἄδως,  
 Ἄρπασεν ἈΚΜΑΙΟΝ Δ' ἈΝΘΟΣ ἔφυγε κῆνις.

Heu! heu! ubi desiderabile mihi *germen*? Abripuit orcus,  
 Abripuit! *Vegetum flosculum* fædavit pulvis!

Idem fecit etiam Planudes, honestiori certe consilio, de eodem, ut videtur, HELIODORO, in Carmine ejusdem Meleagri, Posidippo perperam attributo. Anthol. L. 7. Edit. Brod. pag. 587. Sed longum foret hujus rei exempla congerere.

vero

vero vel fide vel cura rem suam Cephalas expederit, dictu difficilius est. Sola Agathiæ Collectione videtur usus fuisse; quam novis carminibus interpolavit, unicum etiam Librum e Meleagreana, quem prædiximus, adjiciens.

Hujus Anthologiæ Cephalæ, five minoris<sup>a</sup>, manuscriptus Codex antiquissimus, olim constitit Heidelbergæ, in Bibliotheca Palatina; hodie servatur in Vaticana. Ex eodem postmodum nati sunt celebres illi, Parisiensis, Oxoniensis, Vossianus Leidæ depositus<sup>b</sup>, Leipsiensis. Palatinum vero, nunc

a Confundit hanc Anthologiam minorem, cum majori Planudea, Mattairius, Annal. Typogr. I. 283. in Notis. Porro, quod magis miror, vir doctiss. J. Le Clerc, cujus extant Rationes de nova ANTHOLOGICÆ GRÆCÆ editione, videtur ignorasse, saltem non distincte cognovisse, duas fuisse *Anthologias*, inter se plane diversas, alteram Cephalæ, alteram Planudis. Vide sis ejusdem Bibliothec. Select. Tom. VII. p. 191. seq.

b Vid. Diff. de Scholiis Homeri ineditis, L. Valkenarii, p. 90. Et. D. Rhunkenii Epist. Crit. II. p. 5.

Vaticanum, Codicem, secum e Græcia attulisse, Michaellem Sophianum, virum Græce doctissimum, de quo pluribus subinde dicam, credibile est<sup>a</sup>.

Codicis istius, pars est, et quidem maxima, quam nunc damus, Anthologia: comprehendens nimirum ejusdem, *Dedicatoria*, *Sepulchralia*, et ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ. Recusam vero damus ex editione J. Jac. Reiske, eruditissimi viri, Professoris apud Leipsienses Arabici, quæ non ita pridem Leipsiæ prodiit, hoc cum titulo. “*Anthologiae Graecae a Constantino Cephala*  
“*conditae Libri tres. Duo nunc primum,*  
“*Tertius post Jensonum iterum, editi. Cum*  
“*Latina Interpretatione, Commentariis, et*  
“*Notitia Poetarum. Leipsiæ. MDCCLIII.*”

Jam vero quod hic dixerit Reiskius, duos hujus Anthologiae Cephaleæ libros a se nunc primum fore editos, illud quidem hoc sensu

<sup>a</sup> J. Scal. Epistol. 430.

velim strictius intelligas : nimirum, se libros hosce duos, *Dedicatoria* puta et *Sepulchralia*, integros primum vulgasse ; cum eorundem delectum, epigrammata nempe viginti ac duo, paulo antea, vir elegans et doctus, J. H. Leichius, A.D. 1745, Lipsiæ vulgaverat. Quin et Boivinus, selectis et expositis paucis carminibus, in Academiae Parisianæ commentariis, hujus Anthologiæ specimen ediderat<sup>a</sup>. Alii sparsim nonnulla, sive integra, sive comminuta, diffeminaverant : præsertim Suidas, ejusque longe gravissimus interpres et enarrator, Kusterus. Librum sextum, quem JENSIANA nuncupavit Reiskius, nos, nomine proprio, ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ, Joannes Jensus, Gymnasii Roterodamensis Rector, cum Lucubrationibus Hesychianis, partim primus, partim post Holstenium, Salmasium, aliosque, olim

<sup>a</sup> Tom. III. 347. Ed. Amstel. 1719.

publicaverat.

publicaverat. Totum quidem Codicem, Scaligero hortante <sup>a</sup>, edendum suscepit Salmasius: quin et nuperrime, ne alios nomen, Jac. Dorvilius. Cum vero Salmasius Codicis Palatini, quo usus est, lacunis infinitisque mendis deterritus, parum vel nihil profecerit; Dorvilius in medio opere supremum diem obierit <sup>b</sup>: meliori fane omine, eventu certe feliciori, Cl. Reiskio demum traditur hæc tela pertexenda; qui totam nunc Anthologiam Cephaleam, præter ΠΑΙΔΙΚΑ, Librumque secundum, sive Diverforum Metrorum, publici juris fecit. Etenim ΕΡΩΤΙΚΑ, sive tertium hujus Anthologiæ librum, volumine nono Miscellaneorum Lipsiensium <sup>c</sup>, luci donavit; opus hilaritate omni et elegantia confersum.

a Scal. Epistol. 245, 246.

b Reiskii Præfat. ad Anth. Ceph. p. 24.

c Part. I. 99. 297. Part. III. 434. 661. Annis 1752, 1753.

Cæterum

Cæterum paucis est dicendum, quibus copiis instructus, quaque ratione, Reiskius, Editionem suam concinnaverit. *Sepulchralia*, et *Dedicatoria*, extudit ille e Codice Leipsiense. Quem cum multis et fædissimis mendis, id quod cum cæteris omnibus habet commune, reperiret obsitum; e lectionibus Salmasianis<sup>a</sup> in margine scriptis, conjecturis propriis, emendationibus tum editis tum manuscriptis undecunque perquisitis, præsertim Cl. Dorvili cuius commentarios ineditos huc pertinentes inspexerat, carminibus medelam feliciter admovit, textumque saniolem confecit. ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ quod attinet, sive Jenfiana, protulit illa quidem post editionem Jenfianam, sed longe emendatiora.

Atqui non contendimus omnia in hoc opere ita correxisse Reiskium, ut nihil cor-

<sup>a</sup> Reiskii Comm. ad Anth. Ceph. pp. 17, 153. Et alibi passim. Salmasius exscripsit membranas Palatinas.

rigendum superfit. Nec sane ipse de suo ipsius labore adeo magnifice sensit. Post conjecturas enim verosimillimas persæpe fit, ut verosimiliores ex aliorum quasi secundis curis elaborari possint; et facile est hominem, diligentissimum juxta ac prudentissimum, inter multiplices conjecturarum minutias, magna rerum farragine et varietate districtum, nonnunquam leviter, ne dicam gravius, hallucinari. Id quod nuper egregie probavit, vir ad hæc studia longe peritissimus, Joannes Toup; qui post editum Reiskii librum, in *Emendationibus ad Suidam*<sup>a</sup>, novis etiam correctionibus quædam hujus Anthologiæ epigrammata gnaviter instauravit: quas si mihi vidisse contigerat, priusquam typis hæc editio perfice-

<sup>a</sup> Pars I. edita est Londin. MDCCLX.—Pars II. Ibid. MDCCLXIV. 8vo. Adeat locos lector curiosus, nec pœnitebit operis.

retur, lubens ac lætus in textum nostrum recepissim.

Codex ille Leipsiensis, quo usus est in editione sua adornanda Reiskius, ab Isaaco Grutero juniore ad exemplar Vossianum exaratus<sup>a</sup>, Oxoniensi nostro in Bibliotheca Bodleiana asservato, videtur omnino respondere. Cujus, ut cum Leipsiensi illo cæterisque quam facillime comparari possit, notitiam luculentam subjeci.

Codex Bodleianus Anthologiæ Cephaleæ<sup>b</sup>, descriptus est annis abhinc circiter octoginta, ab eximio viro, de literis universis optime merito, Edvardo Bernard, Collegii Joannensis Oxonii Socio, necnon Professore altero Saviliano<sup>c</sup>. Descriptus est autem

<sup>a</sup> Reiskii Præf. ad Anth. Ceph. p. 20. Et Leichii Præf. ad Carm. Sepulchral. p. 11.

<sup>b</sup> MSS. Bibl. Bodl. E. N. 98. fol. [olim NE. D. 4. 11.]

<sup>c</sup> Propria manu, ut patet ex MSS. Catal. Cl. Hydii DONATIONUM MSS. Bibl. Bodl. N<sup>o</sup>. 2. Archiv. C. 8.



juxta codicem Vossianum prædictum, quo nimirum tempore sedem suam, cumque fortunis omnibus instructissimam Bibliothecam, transtulerit in Angliam Vossius<sup>a</sup>. In primo folio legitur iste Titulus. ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΓΡÆCA NONDUM EDITA EX BIBLIOTHECA PALATINA. *Sed vitiose admodum exarata in apographo quo usus sum.* Sequitur ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΠΑΙΔΙΚΗ ΜΟΥΣΗ, five Liber *primus*, constatque carminibus CCL, quorum permulta sunt epigrammatum Græcorum vetustissima, et, si argumentum excipias, luculentissima. Succedit Liber *secundus*, five ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΜΕΤΡΩΝ, conti-

pag. 39. In Bibl. Bodl. Quod si certius dignoscere velis, an e Bernardi manu sit iste codex an non, consulas in eadem Bibliotheca, Diogenem Laertium, necnon Hesychium; utrumque crebris notulis manuscriptis ejusdem Bernardi conspersum. Alia etiam manu Bernardi scripta videas, in eadem Bibliotheca.

a Reiskius in Præf. prædict. p. 21. Præterea Bibliothecam Vossianam patuisse Bernardo, colligi possit e Fabricii Bibl. Gr. T. II. p. 587.

nens

nens carmina XXVII. Deinceps incipit Liber *tertius*, cum hoc titulo, ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΕΡΩΤΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ. Mox habes epigramma, quasi præfatorium, Agathiæ, Collectoris epigrammatum prædicti. Subsequitur, Tituli vice, ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΡΩΤΙΚΑ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ. Et tunc habemus carmina CXIV. Dein sequitur Liber *quartus*, cum Tit. ΑΡΧΗ ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ, complectens carmina CLVII. Ad calcem Libri hujusce *quarti* subjicitur hæc epigraphe. ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΚΟΛΑΣΤΙΚΟΥ <sup>a</sup>. Καὶ ὁ τῶν ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΩΝ ἡμῖν Ἰπιγραμμάτων χαρακτήρ πεπλήρωται, ἰκανῶς ἔχων ὡς ἑμαυτὸν πείθω. Μετιτέον ἔν εἰς ἕτερον ἔκ ἄχρη-

a Ex quibus, et ex epigrammate illo præfatorio Agathiæ ad *Amatoria*, constat duos faltem Libros Collectionis hujus Cephalexæ, *Amatoria* scilicet et *Dedicatoria*, esse ipsos Agathianos. Nifi forte nonnulla epigrammata recentiora subjecerit Cephalas; pauca amputaverit,

σον, ἐδ' ἀνωφελῆ, λαλήσαι [f. κινήσαι δέ,] καὶ  
 πρὸς πάθος ἀγαγεῖν τὰς ἐντυγχάνοντας δυνάμενον.  
 Ἐστὶ δὲ οὗτος ὁ τῶν ΕΠΙΤΥΜΒΙΩΝ, ἀρχὴν ἔχων  
 τοιάνδε. Protinus sequitur, hæc Inscriptio,  
 quæ designat Librum *quintum*, sive Sepul-  
 chralium. Ἀρχὴ ΕΠΙΤΥΜΒΙΔΙΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜ-  
 ΜΑΤΩΝ, ὦ [f. ὡς vel ὦν] ἐχεδίασεν ὁ Κῦρις  
 ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ὁ ΚΕΦΑΛΑΣ, ὁ μακάριος, καὶ  
 ἀείμνηστος, καὶ τριπόθητος ἄνθρωπος. Habet ille  
 Liber *quintus*, præter tria ultima, carmina  
 XC<sup>a</sup>. Inter quæ etiam includuntur Me-  
 leagri et Philippi ΣΤΕΦΑΝΟΙ. Necnon  
 Pauli Silentarii Descriptio templi magni  
 apud Constantinopolin, a Justiniano Impe-  
 ratore S. Sophiae, sive æternæ Dei sapientiæ,  
 dedicati; carmen hexametris scriptum, bene  
 longum, valde corruptum, lacunisque per-

a Paulo plura fortasse numero, quam computavimus,  
 possint esse carmina codicis Bodleiani. Sæpe enim in unum  
 colligata leguntur duo Epigrammata. Habet ergo dictus  
 Codex carmina circiter sexaginta et quinquaginta.

tusum.

tufum. Ante tria ultima carmina hujus Libri *quinti* hæc leguntur : “ *Sequentia tria* “ *Epigrammata attulit e Græcia Michael* “ *Sophianus qui obiit Ferrariæ, A. MDLXV.* “ — xv. Aug.” Post hæc tria Carmina, primum Palatino Codici Collectionis Cephaleæ a Sophiano addita, quem scilicet e Græcia secum una etiam vir prudens ac diligens advexerat, habetur hæc quasi totius Codicis conclusio. *Venetiis in domo quadam ubi visitur Sepulcrum in quo Amazonum pugna sculpta est.* Cum fragmento mutilo, Πολλὰ ἂν Περὲγένους χάριε Λικιννία, &c. Notandum est, Codici huic Bodleiano, ut et Lipsiensi, deesse Librum *sextum*<sup>a</sup>, five ΕΠΙ-

a Nescio an recte Librum hunc *sextum* nominaverim. *Quintum* vocat, ultimum saltem facit, Boivinus. Sed si verum est, quod suspicor, Boivinum in enumeratione Capitum Codicis sui, unum Librum confudisse cum altero, et ita penitus omisisse, erit *sextus*. Mem. Lit. ut supr. pag. 351, 352. Sed res est non maximi momenti, et rationes meas habes.

ΔΕΙΚΤΙΚΩΝ, quem dat Parisiensis, et fortasse Vaticanus. Desunt etiam Scholia, quæ videtur habere Vaticanus. Ad oram paginarum positæ sunt frequentes conjecturæ, manu transcribentis; quas, cum illis in Leipsiensi, credimus esse Salmasii. Hunc codicem mutuo olim accepit ab amico suo singulari Bernardo Bentleius; nec raro citavit in eximia illa Differtatione de Phalaridis epistolis. Quin et ex hoc codice, Bentleius novis accessionibus epigrammata Callimachi locupletavit; ut ipse diserte testatur his verbis. “Hoc, et sequentia Epigrammata, “Callimachum autorem præ se ferentia, “nunc primum e codice manuscripto exhibemus, quem olim vidimus Oxonii, apud “eruditissimum et celeberrimum virum, “Edvardum Bernard. Is codex sine dubio “transcriptus est ex vetusto illo Heidelbergenfi, qui nunc Romæ servatur in Bibliotheca

“ theca

“ theca Vaticana ”. Ex eodem etiam Bodleiano Codice, illustrissimus Ezechiel Spanhemius, apud Anglos legationem obiens, transcripsit exemplar hodie Berolini servatum <sup>b</sup> : quod tamen, teste Reiskio <sup>c</sup>, pæne decuriam carminum continet, in illo Leipfienfe, cui quidem nostrum Oxoniensem plane germanum putamus, non reperientorum. Præterea testatur Cl. Boivinus <sup>d</sup>,

a Callimach. Edit. Spanhemian. I. p. 228. Ad Epigr. LVI. Alibi insuper, in eodem Callimacho, hanc Anthologiam Bentleius adduxit.

b Reiskii Præf. prædict. p. 21,

c Miscell. Leipf. Tom. IX. P. I. pag. 147, seq.

d Ubi supr. III. p. 350. Subnotandum duco, Philodemi carmen, quod est numero 651, non pertinere ad Anthologiam Cephaleam, nec in ullis ejus codicibus, ut videtur, extare. Leipfienfi Codici a Gisberto Cupero subjectum Reiskius invenit; et inde depromptum, Cephaleis adjunxit in editione sua. Male puncta turbavit, etsi sensum servaverit, Bentleius, in Horatii loco, cui præclarum lumen affert hoc epigramma. Sat. Lib. I. 2. 121.

Illam, post paullo, sed pluris, si exierit vir;

Gallis hanc, Philodemus ait; sibi, quæ neque magno  
Stet pretio, nec cunctetur, &c.

Hæc

ineffe in suo Parisiensi plus quam septingenta epigrammata: quin et poetas nonnullos profert, quorum nomina in Leipfienfi et Oxoniensi prorsus defiderantur\*. Sed hanc litem aliis prolixius et accuratius ex-

Hæc vulgata fuit Lectio. Verba ita interpungit Bentleius. Not ad Loc. pag. 235.

Illam, post paullo, sed pluris, si exierit vir,  
Gallis: hanc, Philodemus ait, Sibi, quæ neque magno  
Stet pretio, nec cunctetur, &c.

Quasi non dixisset aliquid *Philodemus* de muliere *Gallis* tradenda; sed tantum de *Ea, quæ neque, &c.* Quod si vidisset hoc carmen, in recepta lectione puto perstitisset, sive distinctione. Existimat doctissimus *Toupius*, verba *Philodemi* parum cepisse poetam Romanum: quin et nescire se fateatur an, in ultimo pentametro, verior sit lectio γ' ἀλλο. Sed nihil pro certo statuit. EMENDAT. in *Suid. Par. II.* pag. 11. Vid. *Notul. nostras, infr. pag. 94.* Vide etiam *Heinsium de Sat. Horat. L. II. pag. 224. ad calc. Horatii Heinsiani, Elzev. 1629. 12<sup>mo</sup>.*

a An quod Parisiensis contineat alium Librum, scilicet ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΩΝ, sive Sextum? Codex Leipfienfis agnoscit tantum sexcenta et quinquaginta carmina, teste *Leichio, Præf. ad Carm. Sepulchral. ut supr. p. 12. ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ* hæc nostra sunt numero centum quinquaginta et quatuor.

pendendam

pendendam dijudicandamque relinquimus. Nobis quæ penes nos erant sufficiat indicasse.

Michael ille Sophianus, quem e Græcia Anthologiam hanc Cephaleam secum attulisse conjicimus, cujusque in manibus vetustissimum fuisse librum, epigrammata omnia ob prætextata verba a Planude damnata complectentem, testatur Josephus Scaliger<sup>a</sup>, a pluribus doctis viris magna cum laude memoratur. Scripsit permulta eruditione plena, quorum nonnulla extant: in primis Emendationes in quatuor postremas Æschyli Tragœdias, cum Robortellianis editas Venetiis, A. D. 1552. Nonnulla delitescunt in bibliothecarum scriniis<sup>b</sup>. Videtur ex illo numero Græcorum hominum, nec indocto-

<sup>a</sup> Epistol. 430.

<sup>b</sup> Vid. Leichii Præf. ad Carm. Sepulchral. ut supr. p. 9. seq.



rum, fuisse, qui, renascentibus literis, Italiam passim commeabant, codicibus Græcis exscribendis quæstum facturi. Convixit domestica consuetudine et familiaritate cum Joanne Vincentino Pinello, Nobili Neapolitano, summo literarum patrono, et lectissima bibliotheca insigni. Ejus in hospitio, quod eruditissimis tantum viris patebat, istiusmodi libris calamo exarandis, operam dedit; ut facile colligas e codice manuscripto bombycino, apud Bibliothecam regiam Gallicam, quo Plutarchi Vita Ciceronis Græce et Latine continetur. Cujus in fine libri, quasi pro exantlato feliciter labore, hæc ascripsit Sophianus.

*Βακχέϊος  
Βαρβαδάριος ἔκ Μιχαήλου Σοφιανὸς ἐξέγραψαν μετὰ  
παιδίας ἔ γέλωτος, εὐωχῶντος τῷ εὐγενῆς ἀνδρὸς,  
καὶ κοινῆ ἡμῶν φίλος, Οὐικεντίς Πινελίς καὶ Πέτρος  
Νουνίου, τῷ λογιωτάτῃ, πολλὰ χαριεντασμένῃς.  
Παρῆν δὲ καὶ Λουκρήτιον ἡ ἑταῖρα, ἔτος αΦΞ,  
ὀκτοβρ.*

ὀκτωβρ. ζ. ἐν Παταβίῳ. *Bacchius Barbadorius et Mich. Sophianus scripserunt cum risu et ludo, convivio excipiente nobili et communi amico Vincentino Pinello et Petro Nunnio, eruditissimo viro. Aderat etiam Lucretia amafia, anno 1560. Octobr. 7. Patavii<sup>a</sup>. Professoris munere Sophianus iste functus est in Academia Patavina<sup>b</sup>.*

Quod ad ipsa carmina hujus Anthologiæ attinet, quamplurima fateberis antiquo sapore condiri. Utinam tamen haud ita facile mihi concederes ac dares, in Collectione nostrâ quædam præterea inesse, *Sepulchralium* præsertim libro, dicam quod verum est, inepta, futilia, ridicula, putida. Illa autem Constantini Cephalaë gustui debemus; qui

a Montfaucon. Palæogr. Gr. p. 90.

b Hodius de Græcis illustribus, &c. L. II. cap. 8. p. 311. Qui porro tradit, patrem ejus, *Nicolaum Sophianum*, Corcyræum Græcum, primo Græcas literas docuisse Romæ, deinde Venetiis. Ibid. p. 309.

profecto recentioribus seculique sui poetis, ut fit, plus æquo deditus, certe posteritati iudicium suum longe melius probasset, si plura epigrammata ex Agathiæ Collectione, quam manifesto compilavit, admiserat; nec tam copiosum bonorum carminum spicilegium Planudi porro tradiderat. Quare mecum nonnunquam dubitavi, an non consultius rem agerem, si ex editione Reiskiana Delectum tantum recuderem: tandem vero totam carminum seriem typis iterare decrevi, ut Libris Anthologiæ hujus novæ sua constaret integritas; et sibi ipsi delectum facere possint lectores. Præterea e carminibus deteriori hac vena compositis, non inutiliter animadverti possit, in qualia portenta, tum scribendi tum cogitandi, poetæ demum prolapsi fuerint, postquam puritatem pristinam veritatemque semel deseruerint. Nec minus severioris styli singularem præstantiam,

præstantiam, ita cum vitioso illo et declamatorio conjuncti, percipias. At nec omnia, in *Sepulchralibus*, ætatem sequiorem produnt. Sunt enim Antipatri Sidonii, Meleagti, Hegesippi, Mnasalcæ, hoc etiam in capite, pulcherrima. In *Dedicatoriis*, five *Votivis*, præter argumentorum venustatem varietatemque, dictionis leporem, simplicitatemque quandam structuræ quæ carminibus hujus generis unice convenit, mirum est quam multa reperies quæ vitam privatam Græcorum describunt; eorumque consuetudines domesticas, opificia, artes, ob oculos ponunt. Uno autem atque altero, ex hoc capite, fateor me vehementer percelli, quibus Corybantium cultus exhibetur; quæque, ob conceptuum ferocitatem, imaginumque δεινότητα, omnia furore et insania plena referentium, vim illam sublimitatemque, poesi Græcæ maxime propriam, videntur

tur attingere. Sed nec diffimulandum, de Corybantibus tritum poetis Anthologicis esse locum. ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ, quæ forte potius Ἐκφρασιὰ, five *Descriptiva*, dixeris, sunt meri lusus ingenii, in quibus de nihilo nascuntur lepidissima carmina. Inter ea, seculi sui studio, fucata nonnulla passus est irrepsisse Cephalas. Sed longe plura sunt elegantissima, seque verecunda illa gratia et suavitate commendant.

Plura lubens huc adjicerem, ni festinarem dicere, quid a Nobis in hac Editione nova Anthologiæ Cephaleæ exsequenda, præstitum fuerit, quid etiam propositum. Curavimus ut longe nitidius, si typos chartamque spectes, libellus exprimeretur. Interpretationem Latinam, a Reiskio confectam, nonnullis tamen in locis leviter castigatam, recensitamque, tenuimus. Subjunximus ejusdem Notitiam Poetarum Anthologicorum,

gicorum, opus exquisita doctrina refertum, verosimillimis innixum rationibus, longeque in ea materia perfectissimum. Necnon sex, ab eodem conditos, indices. Commentarios editioni Reiskianæ adhærentes, doctos illos et perutiles, proluxiores tamen, omisimus. Unum atque alterum carmen, quod subobscœnum, rejecimus. Carminibus Notulas quasdam, profecto perbreves et perpaucas, allevimus. In minutioribus etiam nonnullis Reiskium reformavimus, et in melius ordinavimus, supplendo, transferendo, delendo. Eo denique prospeximus, ut omnino compertior et habitior, legentibus utique commodior, ejus Anthologia prodiret. Præterea ut Editioni nostræ novi aliquid accederet, in animo fuit, epigrammata plus minus quadraginta, qualia salvo pudore legi posse viderentur, et plerumque quidem veterrima, hæcenus inedita, e primo Codicis Bodleiani

Libro,

Libro, qui sane integer ob nefandam nequitiam nunquam lucem debet aspicere, decerpta, nunc primum procudere, et quasi mantiffæ loco subjicere. Transcripseram equidem; præloque parata, typographis, in formas redigenda, tradideram. Tandem vero, postquam consilium meum animo mecum retractaveram, cum ipsorum argumentum *generale*, etsi nihil aperte vel incestum vel inhonestum præ se ferrent, religionem mihi faciebat, tum locorum nonnullorum depravationes de quibus adhuc desperabam, etsi multa diligenter emendaveram, impulerunt me, quo minus in apri- cum chartas meas temere projicerem. Porro constitutum apud me fuit, Lectionum variantum marginalium, sive conjecturarum, quas præbent oræ Codicis Bodleiani, syllabum præmittere. Sed cum viderem Lectiones hæc plane easdem esse cum illis in  
margine

marginē codicis Leipsienſis, quarum pleraſque, ſaltem inſigniores, Reiſkii in Commentarios ſuos prolixè congeſſerat; cumque harum nonnullas ipſe etiam in notulis meis oſtenderam: ſane hoc egiffe, nihil aliud eſſe credidi, quam cramben, eamque non gratiſſimam, recoquere.

Priusquam finem faciam, quoniam locus opportune ſe fert, admonebo illos quibus eſt otium, quibuſque hæc ſtudia ſunt cordi, novam etiam adhuc Anthologiam percommode conſingi poſſe. Etenim pangi poſſit hoc in genere lepidus Libellus e Salmaſii Plinianis Exercitationibus, et Holſtenii Commentariis ad Stephanum Byzantinum; necnon Inſcriptionibus metricis Gruteri, Sponii, Reineſii, Donii, Muratorii, Pocockii, cæterorumque, Græce exaratis. Præterea unum atque alterum perelegans epigramma ſeligi poſſit e *Marmoribus Oxoniensibus*, quæ nuperrime,



magno apparatu, nec minore cura, typis denuo mandavit Academia. Quod ad antiquos autem lapides attinet in Anthologiam referendos, ejus rei specimen exiguum, fermone tamen Latino, nosmetipsi protulimus, in Libello cui titulus, INSCRIPTIONUM ROMANARUM METRICARUM DELECTUS, Londini, MDCCLVIII. Difficile quidem marmoribus Græcis, interdum vi comminutis, vitio temporis et incuria depravatis, sæpe etiam negligenter aut festinanter exscriptis, integritatem pristinam restituere. Sed multum proficient probabiles et idoneæ conjecturæ; longeque hodie facilius expeditu venit hoc opus, quam antea, post tot curas et labores hominum eruditissimorum, præclaris illis monumentis vindicandis et illustrandis impensos. Loco speciminis, Epigramma e Pocockianis<sup>a</sup> apponam, ab amico docto

<sup>1120</sup> Wheeler & Co. Lond. Magd.  
 a Descript. Orient. Tom. I. p. 103, 104.

felicissime

felicissime redintegratum. Inscriptio est basi statuæ Memnonis apud Thebas insculpta, elegans profecto et insignis. Nihil præter quatuor quinti versiculi voces Pocockius exinde potuit eruere, quas et parum videtur intellexisse <sup>a</sup>. Tentavit illam docte Leichius, sed haud ita luculenter exposuit; qui tamen recte conjecit appositam fuisse Hadriani temporibus <sup>b</sup>. Abnormis est valde literarum forma, textusque mire confusus. Ita vero legendum putamus et interpungendum carmen difficillimum. Præmonendus es tamen, veteres olim credidisse, Memnona ad bellum Trojanum cum Achille congressum, ab eodem interemptum fuisse. Quod ab auctoribus disputatum video.

a Ibid. In Notis.

b Emendat. ad Murator. Inscript. p. 86, 87. post Carm. Sepulchral. ut supr. Ubi præterea monet vir eruditus, Græcarum Literarum antiquam formam egregie ex hoc monumento cognosci: quod ideo a sculptore exprimendum curavit, ad exemplar Pocockianum.

ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΥ.

Ζωειν, ειναλιη Θετι, Μεμνονα, <sup>ἢ</sup> μεγα φωνειν  
μηκετ αφωνον,

Μανθανε, μητρωη λαμπαδι θαλπομενον,  
Αιγυπτιε Λιβυκησιν ἕω' οφρυσιν, <sup>ενθ'</sup> ων αποταμνει  
Νειλος  
Καλλιπυλον Θεβην Ευρος ελαυνομενος.

Τον δε μαχης ακορητον Αχιλλεα μητ' ενι Τρωων  
Φθεγγεσσαι  
Ευρησειε πεδισω, μητ' ενι Θεσσαλιη.

*Tour in Suid. 3. p. 146.*  
Sed de his fatis : et vereor, ut haecenus  
in plexendis florum corollis otium nimis  
longum pertraxerim. Proxime sequetur,  
cui nunc omnes operas ac vires intendo,  
Theocritus. Interea, quasi promulgidem  
convivii, Lectoribus meis elegantias haec  
vetustatis eruditæ propino.



# ΑΝΘΟΛΟΓΙΑΣ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΚΕΦΑΛΑ


ΒΙΒΛΟΙ ΤΡΕΙΣ.

*Ἦγουν,*

ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΩΝ, ΕΠΙΤΥΜΒΙΑΔΙΩΝ,

ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΩΝ.





---

## Α Ν Α Θ Η Μ Α Τ Ι Κ Α.

---

396. Εἰς τελετῶν Διονύσας.

**Η**ΛΙΘΟΣ ἀσράπτει τελετὴν πολύμορφον Ἰακχῶ,  
Καὶ πηνῶν τρυγῶντα χορὸν καθύπερθεν ἐρώτων.

397. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.

Ἐπὶ ῥοπάλῳ ἀνατεθέντι Ἡρακλεῖ.

Ἡρακλέες, Τρηχίνα πολύρρυτον ὅς τε καὶ οἴτην,  
Καὶ βαθὺν εὐδένδρον πρῶνα πατέϊς φολόης·  
Τῆτό σοι ἀγροτέρης Διονύσιος αὐτὸς ἐλάσης  
Χλωρὸν δ' ἀπὸ δρεπάνῳ θῆκε ταμῶν ῥόπαλον.

398. Εἰς βωμὸν ἀνατεθέντα τῇ Ἀθηνᾷ, πρὸς Σελεύκῃ.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τελτογενές, Σάπειρα, Διὸς Φυγοδέμνιε κέρα  
Παλλὰς, ἀπειροτόκῃ δεσποτι παρθενίης,  
βωμόν τοι κεραῶχον ἐδείματο τόνδε Σέλευκος,  
Φαιβείαν ἰαχὰν φθεγγομένῃς σώματος.

Α

399. ΡΙΑ-

## 399. ΡΙΑΝΟΥ.

Τὸ ῥόπαλον τῷ Πανί, καὶ ἰοβόλον Πολύαινον  
 Τόξον, καὶ κάπρη τέσδε καθ᾿ ἅψε πόδας,  
 Καὶ ταύτων γαρυτὸν, ἐπαυχένιον ἧ κυνάγκταιν  
 Ἰῆκεν ὀρειάρχῃ δῶρα συναγροσίης.  
 Ἄλλ', ὦ Πᾶν σκοπιῆται, καὶ εἰς ὀπίσω Πολύαινον  
 Εὐαγρον πέμπεις, ἕεα Σιμύλεω.

400. Ἀνάθημα τῷ Πανί πρὸς αἰτιμένων.

## ἌΔΗΛΟΝ.

Γήραι δὴ κατὰ τόνδε κεκυφότεα φηγνὸν ὄζον,  
 Οὔρεσιν ἀγρῶται βεκόλοι ἐξεταμον.  
 Πανὶ δέ μιν ξέσσαντες ὀδῶ ἐπι καλὸν ἄθυρμα  
 Κάτθεσαν, ὠραίων ρύτῃρι βεκολίων.

401. Ἀνάθημα τῷ Πανί παρὰ Δάφνιδος.

## ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τῶς τρητῶς δόνακας, τὸ νάκος τόδε, τάν τε κορύναν  
 Ἄνθεο Πανὶ φίλω, Δάφνι γυναικοφίλα.  
 ὦ Πᾶν, δέχνησο δῶρα τὰ Δάφνιδος· ἴσαι γὰρ αὐτῷ  
 Καὶ μολπᾶν φιλέεις, καὶ δύσεως τελέθεις.

402. ΑΝΤΙ-

402. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.\*

Αὕτη σοι Κυθήρεια.

403. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἰαμβικά.

Ἄγκυραν ἐμβρύοικον, ἐρυσινήϊδα,  
 Κώπας τε διασὰς, τὰς ἀπωσικυμάτας,  
 Καὶ δικτύοις μόλιθον ἠψιδωμένον,  
 Κύρτας τε ~~ἐκ~~ <sup>της</sup> Φέλλοις, ἐπεσφραγισμένους,  
 Καὶ πῖλον ἀμφίκρηνον ὑδατοσεγῆ,  
 Λίθον τε ναύταις ἐσπέρας πυροσόκον,  
 Ἄλως τύραννε, σοὶ, Ποσειδῶν, Ἀρχικλῆς  
 Ἔθηκε, λήζας τῆς ἐπ' ἠϊόνων ἄλης.

404. Ἀνάθημα τῷ Ἄρει <sup>Ἰουρ. Σφ. 2. p. 132.</sup> τινῶν.

ΘΑΛΛΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ. †

Ἀσπίδα μὲν Πρόμαχος, τὰ δ' ἄρατα θῆκεν Ἀκοντεὺς,  
 Τὸ ξίφος Εὐμήδης, τόξα δ' αὖτα Κύδων.

\* Extat. Antholog. Steph. p. 425. ad ΕΡΩΤΙΚΑ potius referendum.

† Forte ΘΑΛΛΟΥ, cujus est Carm. 484. Est & Thalli cujusdam Carm. Antholog. Steph. p. 192. qui patriam Miletum alloquitur. Est & ΘΑΛΛΟΥ ΜΙΛΗΣ. Carm. Jenf. 118.



Ἴππομέδων τὰ χαλινὰ, κόρῳ δ' ἀνέθηκε Μελάνθας,  
 Κνημίδας Νίκων, κόντον Ἀρισόμαχος,  
 Τὸν θώρηκα Φιλῖνος. Ἄει δ' Ἄρες βροτολοιγέ,  
 Σκῦλα φέρειν δοίης πᾶσιν ἀπ' ἀντιπάλων.

405. Ἀναθήματα παρὰ Κλυτοθένης.\*

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Αραξίχειρα ταῦτα σοι τὰ τύμπανα,  
 Καὶ κύμβαλ' ὀξύδαπα, κοιλοχείλεα,  
 Διδύμης τε λώτης, κεροβόας, ἔφ' οἷς ποτε  
 Ἐπωλόλυξεν αὐχένα σροβιλίσσας,  
 Λυσιφλεβῆ τε σάγαριν, ἀμφιθηγέα,  
 Λεοντόδιφρε, σοι, Ρέη, Κλυτοθένης  
 Ἔθηκε, λυοσητῆρα γηράσας πόδα.

406. Ἀνάθημα τῷ Ἡρακλεῖ παρ' ἈρπαλίωνⓄ.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἀρπαλίῳν ὁ πρέσβυς, ὁ πᾶς <sup>ΡΥΤΙΣ</sup> ῥήτυς ὤν, ὁ λινευτῆς,  
<sup>ΤΗΝ ΔΕ</sup> Τουδε παρ' Ἡρακλεῖ θεκέ με, <sup>ΤΗΝ ΣΙΔΩΝΗΝ</sup> τὸν σιδώνην,

Ἐκ πολλᾶ πλείωνος, ἐπεὶ βάρος ἔκετι χεῖρες

Ἔσθενον, εἰς κεφαλὴν δ' ἤλυθε λευκοτέρην.

\* Corybantium cultui valedicentis.

407. ΑΝΤΙ-

## 407. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Βασρόφον ἀκροσίδαρον ἀπειλητῆρα μύωπα,  
 Καὶ πῆραν μέτρα σιποδόκον σπορίμα,  
 Γαμψόν τε δρέπανον, σαχυητόμον ὄπλον ἀρέρης,  
 Καὶ παλῖτροφόρον χεῖρα θέρης, θρίνακα,  
 Καὶ τρητὰς ποδεῶνας, ὁ γαιτόμος ἀνθετο Δηοῖ  
 Πάρμις, ἀνιήρων παυσάμηνος καμάτων.  
*Isis in Isis. 2. p. 60.*

## 408. ἘΡΥΚΙΟΥ.

Γλαύκων καὶ Κορύδων, οἱ ἐν ἔρεσι βεκολέοντες  
 Ἄρκαδες ἀμφότεροι, τὴν κεραὸν δαμάλην  
 Πανὶ Φιλωρείτῃ Κυλληνίῳ αὐ ἐρύσαντες  
 Ἐρρήξαν, καὶ οἱ δωδεκάδωρα κέρα  
 Ἄλω μακροτένοντι ποτι πλάτανισον ἔπαξαν  
 Εὐρεῖαν, νομίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῶ.

409. Ἀνάθημα Δηοῖ παρ' Ἡρώνακτος.

## ΖΩΝΑ.

Δηοῖ λιχμαίῃ καὶ ἑναυλακοφοίτισιν Ὠραις  
 Ἡρώναξ πενιχρὰν ἐξ ὀλιγηροσύνης

Μοῖραν

Μοῖραν <sup>δωρεῖται</sup> ἀλωρήταις χάχουο, πάνσπερμά τε ταῦτα

Ἵοσπρι Ἰπὶ πλακίνας τῶδ' ἔθετο τρίποδοο,

Ἐκ μικρῶν ὀλίγητα. Πέπατο γὰρ ἔ μέγα τῶτο

Κληρίον ἐν λυπρῇ τῆδε γεωφελίῃ.

*Joseph in Juüd. 2. p. 131.*

#### 410. ΦΙΛΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Κόψας ἐκ Φηγῶ σε τὸν αὐτόφλοιοι ἔθηκε

Πᾶνα φιλοξενίδης, ὁ κλυτὸο αἰγελάτης,

Θύοασ αἰγοβάτην πολιὸν τρέαγον, ἐν τε γάλακτι

Πρωτογόνῳ βωμῶο τῶο ἱερέοο μεθύοασ.

Ἄνθ' ὧν ἐν σηκοῖοο διδυμάτοκεοο αἰγεοο ἔοονται

Γαστέρα, Φεύγσοσι πικρὸν ὀδόντα λύκα.

#### 411. Ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρ' Ἀντιφάνουοο.

##### ΚΡΙΝΑΓΟΡΑ.

Λαμπάδα, τὴν κέροιοο ἱερὴν ἔριν, ὡκὺοο ἐνέγκοιοο

Οἶα περιμηθείοοο μνήμα πυροκλοπίοοοο,

Νίκηοο κλέϊνον ἀεθλον, ἔτ' ἐκ χερὸοο ἔμπυροοο, Ἑρμῇ

Θῆκεν ὀμωνυμῖῃ παῖοοο πατρός Ἀντιφάνουοοο.

412. Ἀνάθημα τῷ Πανί, παρὰ Γέλωνος τῷ κυνηγῷ.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἰλησκόπῳ με Πανὶ θηρευτῆς Γέλων  
 Ἔθηκε λόγχην, ἧς ἀπέθρισε χρόνον  
 Ἀκμὴν ἐν ἔργῳ, καὶ λίνων πολυστρόφων  
 Γεραῖα τρύχη, καὶ πάγας δεραγχείας,  
 Νευροπλεκεῖς τε κνωδάλων ἐπισφύρας,  
 Ὠκεῖς ποδιστᾶς, καὶ τραχηλοδεσμότητας  
 Κλοιᾶς κυνέχας. Γυῖα γὰρ δαμῆεις χρόνῳ  
 Ἀπέπειν ἤδη τὴν ὀρεινόμον πλάνην.

413. Ἀνάθημα Πανὶ παρὰ Διοτίμης.

ΜΥΡΙΝΟΥ.

Ἰψηλῶν ὀρέων ἔφοροι κεραοὶ χοροπαῖκται  
 Πᾶνες, βεχίλα κράντορες Ἀρκαδίας,  
 Εὐαρνον θέητε καὶ εὐχίμαρον Διότιμον,  
 Δεξάμενοι λαμπρῆς δῶρα θρηπολίας.

414. Ἀνάθημα Ἀπόλλωνι παρὰ χέρε Δαϊλόχου καὶ Προμένους.

ΠΕΡΣΟΥ.

Τρεῖς ἄφατοι κέραεσιν ἐπ' αἰθέσσαις τοι, Ἀπολλων,  
 Ἀγκεινται κεφαλαὶ Μαιναλίων ἐλάφων,

Ἄς ἔλον ἐξ ἵππων βριαρῶ χέρε, Δαίλοχός τε  
Καὶ Προμένης, ἀγαθῶ τέκνα Λεοντιάδης.

415. Ἀνάθημα τῆ ΑΦροδίτῃ.  
ΜΟΙΡΟΥΣ τῆς ΒΥΖΑΝΤΙΑΣ.

Κεῖσαι δὴ χρυσέαν ὑπὸ πασαύδα τὰν Ἀφροδίτας,  
Βότρυ, Διονύσης πλεθρόμυθος σαγόνι,  
Οὐδ' ἐπι τοι ματῆρ ἐρατοῦκ πρὸ κλῆμα βαλῶσαι  
Φύσει ὑπὲρ κράτος νεκταρέον πέταλον.

416. Ἀνάθημα Ἀθηνᾶ.  
ΝΙΚΙΟΥ.

Μαννὰς Ἐνυαλίς πολεμαδόκε, θυρὲ κράνεια,  
Τίς νύ σε θῆκε θεῶ δῶρον ἐγεροσιμάχα;  
Μήνιος. Ἦ γὰρ τὸν, παλάμας ἀπο ρίμφα θόρρασι,  
Ἐν πρῶμαχοις ἔρυσας δῆιον ἀμπεδίον.

417. Εἰς τὸ αὐτὸ.  
ΑΝΥΤΗΣ.

Ἐσαθι τῆδε, κράνεια βροτοκτόνε, μηδ' ἐπι λυγρὸν,  
Χάλκεον ἀμφ' ὄνυχα, σάζε φόνον δῆϊων.

Ἄλλ'

Ἄλλ' ἀνὰ μαρμαρέον δόμον ἡμένα αἰπὺν Ἀθανᾶς  
Ἄγγελ' ἀνορέαν Κρητὸς Ἐχεκρατίδα.

418. Ἀνάθημα.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Σᾶμά τοι ἔχι μάταιον ἐπ' ἀσπίδι παῖς ὁ Πολυγυῖς,  
Ἄλλος δ' ἀπὸ Κρήτας θῦρος ἀνὴρ, ἔθετο,  
Γοργόνα τὰν λιθόεργον ὀμῆ κ' τρίπλοα γυῖα  
Γραψάμβρος, Δῆεις, τῶτο δ' ἔοικε λέγειν  
Ἄσπίδος ὧ κατ' ἐμᾶς πάλλων δόρυ, μὴ κατίδης με,  
Ἢ φεύγε τρισσοῖς τὸν παχὺν ἄνδρα ποσὶν.

*Σουρ. Ερ. C. β. 92.*

419. Ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι παρ' Ἐπιζένου.

ΝΙΚΙΟΥ.

Μέλλον ἄρα συγεράν κα' γώ ποτε δῆριν Ἀρηῖ  
Ἐκπρολιπῆσα χορῶν παρθενίων αἰείν,  
Ἀρτέμιδος παρὰ ναόν, Ἐπίζενος ἔνθα μ' ἔθηκεν,  
Λευκὸν ἐπεὶ κείνης γῆρας ἔπειρε μέλη.

420. Ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι.

ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἦσθ κατ' ἠγάθεον τόδ' ἀνάκτορον, ἀσπὶ Φαίεννᾶ,  
Ἄνθημα Λατώα δῆιον Ἀρτέμιδι.

B

Πολλάκι

Πολλάκι γὰρ κατὰ δῆμον Ἀλεξάνδρου μετὰ χερσὶν  
Μαρνάμδρος χρυσέαν ὄσκη ἐκόνισσα γένει.

421. Ἀνάθημα.

Ν Ο Σ Σ Ι Δ Ο Σ .

Ἐντεα Βρένιοι ἄνδρες ἀπ' αἰνομόρων βάλον ὤμων,  
Θεινόμδμοι Λοκρῶν χερσὶν ὑπ' ὠκυμάχων.  
Ἐν ἀρετὰν ὑμνεῦντα θεῶν ὑπ' ἀνάκτορα κείνται,  
οὐδὲ ποθειῦπι κακῶν πάχεας ἐς ἔλιπον.

422. Ἀνάθημα τῇ Ἥρᾳ, παρ' Ἀλκιβίης.

Α Ρ Χ Ι Λ Ο Χ Ο Υ .

Ἀλκιβίη πλοκάμων ἰερὴν ἀνέθηκε καλύπτῃην  
Ἥρῃ, κερειδίων εὖτ' ἐκύρησε γάμων.

423. Α Ν Α Κ Ρ Ε Ο Ν Τ Ο Σ .

Ἐξ ὄρεος χωρῶσι, Διονύσω τε Φέρωσι  
Κίωσον καὶ σαφύλλω, πῖονα καὶ χίμαρον.

424. Τ Ο Υ Α Τ Τ Ο Υ .

Παρὰ Φειδόλα ἀνάθημα τῷ Διί.

Οὗτος Φειδόλα ἵππος ἀπ' εὐρυχόροιο Κορίνθου  
Ἄγκειται Κρονίδα μνάμα ποδῶν ἀρετᾶς.

425. Τ Ο Υ

## 425. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρηξιδίκη μὲν ἔρεξεν, ἐβάλευσεν ἣ δύσηαις  
 Εἶμα τόδε, ζύνη δ' ἀμφοτέρων Φιλίη.

## 426. Τῷ Ἀπόλλωνι ᾠδὴ Ναυκράτης.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρόφρων, ἀργυρότοξε, δίδε χάριν Αἰχύλα ἡῶ  
 Ναυκράτει, εὐχολὰς τάσδ' ὑποδέξάμην.

## 427. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρὶν μὲν Καλλιτέλης μ' ἰδρύσατο, νῦν ἣ δ' ἐκείνη  
 Ἐκγονοὶ ἐστάσανθ'· οἷς χάριν ἀντιδίδε.

## 428. Ἄλλο.

Πραξαγόρας τὰδε δῶρα θεοῖς ἀνέθηκε Λυκαίῃς  
 Τίος, ἐποίησεν δ' ἔργον Ἀναξαγόρας.

## 429. Ἄλλο.

Παιδὶ Φιλοσεφάνῃ Σεμέλας ἀνέθηκε Μέλανθ',  
 Μνᾶμα χορῶ νίκας ἡὸς Ἀρηίφίλας.



430. Ἄλλο.

Ρυσαμένα Πύθωνα δусаχέος ἐκ πολέμοιο  
Ἄσπις Ἀθιναίης ἐν τεμῆει κρέματα.

431. Ἄλλο.

Σάν τε χάριν, Διόνυσε, καὶ ἄγλαον ἄσει κόσμον  
Θεσσαλίας μ' ἀνέθην ἄρχος Ἐχεκρατίδας.

432. Ἄλλο.

Εὐχεο Τιμόνακλι θεῶν κήρυκα γενέσθαι  
Ἕπιον, ὅς μ' ἐρατοῖς ἀγλαίῳ προθύροις  
Ἑρμῆ τε κλείοντι καθέσασατο. Τὸν δ' ἐθέλοντα  
Ἀσῶν καὶ ξείνων γυμνασίῳ δέχομαι.

433. Ἄλλο.

Στερόμβος παῖ, τόδ' ἄγαλμα, <sup>ἔων</sup> Λυκοκράτες, εὖτ' ἀνέθηκας  
Ἑρμῆ, καλλικόμβος σὺκ ἔλαθες χάριτας,  
οὐδ' Ἀκαδᾶμειαν πολυγαθεά, <sup>τῆς ἐν ἀγορᾷ</sup>  
τῆσιν ἀγορᾷ  
Σὴν εὐεργεσίην τῷ προσίοντι λέγω.

Τουρ. Σχολ. Γ. ρ. 13.

434. Ἄλλο.

434. Ἄλλο.

Βωμῆς τέσδε θεοῖς Σοφοκλῆς ἀνεθήκατο, πρῶτ'⊙  
 ὅς πλεῖον μῦθης εἶχε κλέος τραγικῆς.

435. 436. 437. 438. 439. \*

440. ΤΥΜΝΕΩ.

Μίκκος ὁ Πελλαναῖος Ἐνναλίς βαρῶν αὐλὸν  
 Τόνδ' ἐς Ἀθηναίης ἐκρέμασ' Ἰλιάδ'⊙,  
 Τυρσῶν μελέδαμα, δι' εἰ πόκα πολλ' ἐβόησεν  
 Ὠνήρ εἰρήνης σύμβολα καὶ πολέμου.

441. ΑΝΤΗΣ.

Βαχωνδῆς ὁ λέβης, ὁ ἦ θεὸς Ἐλαιαπίδα υἱὸς  
 Κλύβοτος, ἃ πάτρα δ' εὐρύχορος Τεγέα,  
 Τ' Ἀθανᾶ ἦ τὸ δῶρον. Ἀριστοτέλης δ' ἐποίησεν  
 Κλειτόριος, γενέτα ταῦτ' ἁπλῶν ὄνομα.

442. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἄ πάρος αἱματόεν πολέμου μέλος ἐν δαῖ σάλπιγγ'⊙  
 Καὶ γλυκῶν εἰρήνας ἐκπροχέουσα νόμον,

\* Extant inter Callimachea.

Ἄγκειμα,

Ἐγκειμαι, φερένικε, τὸν Τριτώνιδι κέρα  
Δῶρον, ἐρεβύχων παυσιμῆμα κελάδων.

## 443. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Ἄνθεμα σοι Μελέαγρος, εὖν συμπαίστρα, λύχνον,  
Κύπερι φίλη, μύσσην σῶν θέτο παννυχίδων.

## 444. ΦΑΛΑΙΚΟΥ. \*

Στρεπτὸν Βασαρικῆ ῥόμβον θιάσιοιο μύωπα,  
Καὶ σκύλος ἀμφίδορον, σικτὸν, ἀχαΐϊνεον,  
Καὶ Κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρων,  
Καὶ θύρσος χλοερὸν κωνοφόρον κάμακα,  
Καὶ κέφοιο βαρὺν τυπάνος βρόμον, ἠδὲ φορηθὲν  
Πολλάκι μιτροδέτε λίκνον ὑπερθε κόμης,  
Εὐάνθηος Βάκχω, τὼ ἐντρομον ἀνίκα θύρσοις  
Ἄτρομον εἰς προπόσεις χεῖρα μεθηρμόσατο.

## 445. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ἐυβοτρίων ἀκάμαντα φυτῶν λαβήτορα κάπρον,  
Τὸν θρασὺν ὑψικόμων ἐνναέταν δονάκων,

\* Conf. Car. 405. sup. & 447. & 483. inf.

Πολλάκις ἐξερύσαντα θοῶν ἀκμαῖσιν ὀδόντων  
 Δένδρεα, καὶ νομίως τρεψάμενον σκύλακας,  
 Αντήσας ποταμοῖο πέλας, πεφρικότα χείρας,  
 Ἄρτι καὶ ἐξ ὕλας πάγχυ λιπόντα βάθος,  
 Χαλκῶ Ζηνόφιλος κατενήρατο, καὶ πρὸς Φηγῶ  
 Θηρὸς ἀθωπέυτε Πανὶ καθήψε δέρας. †

446. Τῷ Πανί.

ΘΥΗΛΑΟΥ.

Αἰ πῆλεαὶ τῷ Πανί καὶ αἱ τανυήκεες αὐται  
 Ἰτέαι, ἢ δ' ἱερά κ' ἀμφιλαφῆς πλάτανϑ,  
 Καὶ λιβάδες, καὶ ταῦτα βοτηρικὰ Πανὶ κύπελλα  
 Ἄγκεινται δίψης φάρμακ' ἀλεξίκακα.

† Scite profecto notavit Cl. D. Rhunkenius, Epist. Crit. 1. pag. 44. Lugd. Bat. 1749. Paulum Silentiarium, quicquid fere egregii habet, ab antiquioribus Epigrammatum Scriptoribus, vel servatis adhuc, vel deperditis, haufisse.—Adeo ut peropportuna Viri fraus nonnunquam nobis in lucrum fœlicissime cesserit. At nec præterea Silentiaro defuisse videtur ingenium, quod meliori sæculo dignum, quamplurimis in locis, inter Imperii ruituri Lavitias & Fucum, facile perspicere possis. Qualiscunque vero fuerit ille poeta, certe non dignus est laude quam tulit ab H. Casaubono. “P. Silentarius inter Græcos epigrammatarios, meo iudicio, “censendus in primis.” Lect. Theocrit. c. 1. pag. 239. Edit. Theocr. 1604.

447. ΠΙΑ-

## 447. ΡΙΑΝΟΥ.

Ἄρχυλις ἢ Φρυγίη Θαλαμηπόλος, ἢ περὶ πειύκας  
 Πολλάκι τὰς ἱεράς χευαμνὴν πολοκάμυς,  
 Γαλλαίω Κυβέλης ὀλολύγματι πολλάκι δῶσα  
 Τὸν βαρὺν εἰς ἀκοὰς ἤχον ἀπὸ σμαμάτων,  
 Τάσδε θεῆ χαίτας περὶ δικλίδι θῆκεν ὀρεία,  
 Θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ὦδ' ἀνέπαυσε πόδα.

## 448. †

449. Τῷ Ἡρακλεῖ παρ' Ἀρχεστράτῃ.

## ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Δέξαι μ', Ἡράκλεις, Ἀρχεστράτῃ ἱερὸν ὄπλον·  
 Ὅφρα παρὰ ξυστὰν πασάδα κεκλιμένα  
 Γηραλέα τελέθοιμι χορῶν αἴεσαι καὶ ὕμνων·  
 Ἀρκείτω συγερὰ δήρις Εὐναλὶς.

## 450. ΑΡΧΙΟΥ.

Ταῦτα σαγηναίοιο λίνε δλωαῖα Πριήπῳ  
 Δείψανα καὶ κυρτὰς φίντυλος ἐκρεμασεν,

† Extat inter Theocritea.

Καὶ

Καὶ γὰμψὸν χάιταισιν ὑφ' ἰππέοισι πεδηθὲν  
 Ἄγκισρον, κρυφίην εἰναλίοισι πάγην,  
 Καὶ δόνακα τριτάνυσον, ἀβάπτισόν τε καθ' ὕδωρ  
 φελλὸν, ἀλικρυφίων σῆμ' ἀναδόντα βόλων.  
 Οὐ γὰρ ἔτι σείθει ποσὶ χοιράδας, εἰδ' ἐπιαύει  
 Ἠϊόσιν, μογερῶ γῆραϊ τειρόμην.

## 451. ΦΛΑΚΚΟΥ.

Πρίηπ' αἰγιαλίτα, Φυκόγειτον,  
 Δαμοίτας ἀλιεὺς ὁ βυσομέτρης,  
 Τὸ πέτρης ἀλιπλῆγος ἐκμαγεῖον,  
 Ἡ βδέλλα σπιλάδων, ὁ ποντοθήρης,  
 Σοὶ τὰ δίκτυα τὰμφίβλητρα ταῦτα,  
 Δαίμων, εἶσατο, τοῖς ἔθαλπε γῆρας.

## 452. Τῆ Ἀθηνᾶ παρὰ Πελλαναίᾳ.

## ΑΡΧΙΟΥ.

Τρωάδι Πελλαναῖος ἀνῆρτησεν Ἀθηνᾶ  
 Αὐλὸν ἐριβρεμέταν Μίκκος Ἐνυαλίς,  
 Ὡς ποτε καὶ θυμέλησι καὶ ἐν πολέμοισιν ἔμελψε  
 Πρόσθε, τὸ μὲν σοναχᾶς σῆμα, τὸ δ' εὐνομίης.

C

453. ΣΙΜΩ-

## 453. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἑλλάνων ἀρχαγὸς ἐπεὶ στρατὸν ᾤλεσα Μήδων,  
Παυσαίνιας φοίβῳ μνήμ' ἀνέθηκα τόδῃ.

## 454. Ἀνάθημα,

## ΑΝΤΙΦΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Εἰνοδίη, σοι τόνδῃ φίλης ἀνεθήκατο κόρῃς  
Πῖλον, ὁδοιπορίας σύμβολον, Ἀντίφιλον.  
Ἦσα γὰρ εὐχολῆσι κατήκοος, ἔν τε κελεύθοις  
Ἴλαος. Οὐ πολλὴ δ' ἡ χάρις, ἀλλ' ὀσίη.  
Μὴ δέ τις ἡμετέρῃ μάρψῃ χερὶ μαργὸς ὀδίτης  
Ἀνθέματος. Συλᾶν ἀσφαλὲς εἶδ' ὀλίγα.

## 455. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἐκ τόκῃ, Εἰλειθυῖα πικρὰν ᾧδινα Φυγῆσαι  
Ἀμβροσίη κλεινῶν θήκατό σοι πρὸ ποδῶν,  
Δέσμα κόμας καὶ πέπλον, ἐν ᾧ δεκάτω ἔπι μηνὶ  
Διασὸν ἀπὸ ζώνης κῦμ' ἐλόχθυσε τέκνων.

## 456. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Σάνδαλα, καὶ μίτσην περικαλλέα, τόν τε μυρόπνευ  
Βόσρυχον ὠραίων ἔλον ἀπὸ πλοκάμων,

Καὶ

Καὶ ζώνην καὶ λεπτὸν ὑπένδυμα τῆτο χιτῶν<sup>Θ</sup>,  
 Καὶ τὰ πῶε ἑρνοῖς ἄγλαα μασόδετα,  
 Ἄμβρότῃ εὐώδινος, ἐπεὶ φύγε νήδυος ὄγκον,  
 Εὐανθεῖ νηῶ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδι<sup>Θ</sup>.

## 457. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ευθύσανον ζώνην τοι ὀμῶ, καὶ τόνδε κύπασιν,  
 Ἄτθις παρθενίων θῆκεν ὑπερθε θυρῶν,  
 Ἐκ τόκῃ, ὧ Λητῶα, βαρυσομένης ὅτι νήδυω  
 Ζῶον ἀπ' ὠδίνων λύσαιο τῆσδε βρέφ<sup>Θ</sup>.

*Uid. Tour in Iud. 2. p. 121.*

## 458. ΛΑΚΩΝΟΣ, οἱ δὲ

## ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἢ γρηῦς, ἢ χερνήτις, ἢ γυρὴ πόδας,  
 Πύστιν κατ' ἐσθλὴν ὕδατος παιωνίῃ  
 Ἦλθεν ποθ' ἐρπύζουσα σὺν δρυὸς ξύλῳ,  
 Τό μιν διεσκήριπτε, τὴν τετραμένην.  
 Οἶκτος ἢ νύμφας εἶλεν, αἶ' ἢ πυρηνόμα  
 Αἴτης παρῳρέησι Συμαίθῃ πατρὸς  
 Ἐχουσι δινήεντος ὑγρὸν οἰκίον.  
 Καὶ τῆς μὲν ἀμφίχωλον ἀδρανὲς σκέλος



Θερμὴ διεσῆριξεν Αἰτναίῃ λιβαῖς.

Νύμφαις δ' ἔλειπε Βάκτρον. Αἱ δ' ἐπήνεσαν

Πέμπειν μιν ἀσῆρικτον, ἠδ' εἶσαμ δόσει.

#### 459. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Τέκτονος ἄρμενα ταῦτα Λεοντίχῃ, αἴ τε χαράκται

Ἴριαι, καὶ κάλων οἱ μολίβω βαρέες,

Στάθμαι, καὶ μιλτεῖα, καὶ αἱ σχεδὸν ἀμφιπλήγες

Σφυραὶ, καὶ μίλτω φυρόμενοι κανόνες,

Αἱ τ' ἀρίδες, ξυστήρ τε, καὶ ἐσελεωμένος ἔτος

Ἐμβριθῆς, τέχνας ὁ πρύτανις, πέλεκυς,

Τρύπανα τ' εὐδίνητα, καὶ ὠκῆεντα τέρετρα,

Καὶ γόμφων ἔτοι τοὶ πῖσυρες τορέες,

Ἀμφίξεν τε σκέπαρνον. Ἄ δὴ χαριέργω Ἀθανᾷ

Ἄνῆρ ἐκ τέχνας ἄνθετο παυόμενος.

#### 460. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Σάνδαλα μὲν τὰ ποδῶν θαλπτήρια ταῦτα Βίτιννα

Εὐτέχνων ἐρατὸν σκυτοτόμων κάματον

Τὸν δὲ φιλοπέκτοιο κόμας σφιγκτήρα Φιλαινίς,

Βαπτὸν ἄλως πολίης ἄνθεσι κεκρύφαλον

Ἴριίδα

Ἐπίδα τ' Ἀντίκλεια· καλύπτειράν τε πρῶτος,  
 Ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον,  
 Ἄ καλὰ Ἡράκλεια· τὸν εὐσπειρῆ τε δράκοντα  
 Χρύσειον ῥαδινῶν κόσμον ἐπισφυρίων,  
 Πατρὸς Ἀριστέλεω σιωμῶνυμος· αἱ σιωμήθεις  
 Ἄλικες ἔρανή δῶρα Κυθηράδι.

461. Εἰς τὸ αὐτὸ.

ΑΡΧΙΟΥ.

Σάνδαλα ταῦτα Βίλινα, πολύπλεκτῶν ἢ Φιλαινῖς  
 Πορφυρέον χαίτας ῥύτορα κεκρύφαλον.  
 Ξανθὰ δ' Ἀντίκλεια νόθον κεύθεσσι νόημα  
 Ἐπίδα τὰν μαλερὸν θάλπος ἀμυνομέναν.  
 Λεπτὸν δ' Ἡράκλεια τόδε προκάλυμμα πρῶτος  
 Τευχθεὶν ἀραχναίης εἴκελον ἀρπεδόσιν.  
 Ἡ ἢ καλὸν σπείρημα περισφυρίοιο δράκοντος  
 Οὔνομ' Ἀριστέλεω πατρὸς ἐνεκαμένα.  
 Ἄλικες ἄγλαα δῶρα, γαμοσόλε σοὶ τάδε, Κύπρι,  
 Ὡπασαν, αἱ γυάλων Ναυκράτιδος ναέται.

462. Ἀνά-

462. Ἀνάθημα τῇ αὐτῇ.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Βιθωνίς Κιθέρη με τεῆς ἀνεθήκατο, Κύπρι,

Μορφᾶς εἶδωλον λύγδινον εὐζαμένα.

Ἄλλὰ συ τῇ μικκῇ μεγάλην χάριν ἀνιμερίζε,

Ὡς ἔθος, ἀρκεῖται δ' ἀνδρὸς ὁμοφροσυνῆ.

463. Ἀνάθημα τῇ αὐτῇ, ᾧδὰ Νικιάδου.

ΦΙΛΗΤΑ ΣΑΜΙΟΥ.

Πεντηκονταέτις κ' ἔπι πλέον ἢ Φιλέρατος

Νικιάς, εἰς σηκὸν Κύπριδος ἐκρέμασεν

Σάνδαλα, κ' χαίτης ἀνελίγματα, τόν τε διαυγῆ

Χαλκὸν, ἀκριβέτης σὸκ ἀπολειπόμενον,

Καὶ ζώνην πολύτιμον, ἃ τ' ἐφωνητὰ πρὸς ἀνδρὸς,

Ἄλλ' ἐσπρῆ πάσῃν Κύπριδος ὀπτασίην.

464. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Τὸν ἀργυρεῖν ἔρωτα κ' περισφυρον

Πεζᾶν, τὸ πορφυρεῖν τε Λεσείδος κόμης

Ἐλιγμα, κ' μαλᾶχον ὑαλοχρόα,

Τὸ

Τὸ χαλκίον τ' ἔσοπρον, ἠδὲ τὸν πλατῦν,  
 Χαιτῶν σαγηνευτῆρα, πύξινον κτένα,  
 Ἐν ἧφ' ἔλεν τυχεῖσαι, <sup>κτηστία</sup> γηστία Κύπρι,  
 Ἐν σαῖς τίθησι <sup>κλεια</sup> Καλλικρατεία παρσίσι.  
*υ.δ. Τουρ in J. ed. 2. p. 117.*

465. Ἀνάθημα.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Εὐχεο τοῖς δώροισι, Κύτων, θεὸν ᾧδὲ χαρῆναι  
 Λητοίδην ἀγορῆς καλλιχόρου πρύτανιν,  
 Ὡσπερ δ' ἀπὸ ξείνων τε καὶ οἱ ναῖσι Κόρινθον,  
 Αἶνον ἔχεις χαρίτων, δέσποτα, τοῖς σεφάνοις.

466. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμώνιδες, ἦραο ταύρας  
 Καὶ τρίποδας, πρὶν τόνδ' ἀνθέμεναι τρίποδα.  
 Τροσάκι δ' ἡμερόεντα διδασζάμενος χορὸν ἀνδρῶν,  
 Ἐνδόξ' ἔνικας ἀγλαὸν ἄρμ' ἐπέβης.

467. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φημὶ Γέλων', Ἰέρανα, Πολύζηλον, Θρασύβηλον,  
 Παῖδας Δεινομένους, τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι

Ἐξ

Ἐξ ἑκατὸν λιτρῶν ἢ πενήκοντα ταλάντων  
 Δαμαρετίς χρυσῆ τὰς δεκάτας δεκάτων.

468. Τῇ Λητοῖ, ὡδὴ ναυτῶν.

ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ.

Ταῦτ' ἀποδυσασμένων Μήδων ναῦται Διοδώρῃ  
 Ὅπλ' ἀνέθεντο Λατοῖ μνάματα ναυμαχίας.

469. ΤΟΥ ΑΙΤΟΥ.

Σῶσος ἢ Σωσῶ σωτήρῃα τήνδ' ἀνέθηκαν,  
 Αἰπυτάτῳ δ' ἠύξησε νόμοις πατρίοισιν ἀπήνω,  
 Φαιδρύνας καθαρῆς ἔργα δικαιοσύνης.  
 ὦ πόποι, σὺκ ἔζησε πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἐναιαυτὸς  
 Μῆνον ἀναπλήσας τεσσαράκοντα δύο,  
 ὦχετο μισοπόλοισι πόθην πάντεσσιν ἐάσας,  
 Οὐς ἐπόθει πατέρων βέρτερα γειναμμένων.

## 769. (118) ΘΑΛΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

Ἄχλοερά πλατάνιστος ἴδ' ὡς ἔκρυψε Φιλεύντων  
 Ὅργια, τὰν ἱερὰν φυλλάδα τεινομήα.

Ἄμφι

Ἄμφι δ' αὖ ἀκρεμόνεσσιν εἴοις κεχαρισμένος ὤραις  
 Ἡμερίδος λαρῆς βότρους ἀποκρέματα.  
 Οὕτως, ὦ πλατάνισε, φύοις, χλοερά δ' ἀπὸ σείο  
 φυλλὰς αἰεὶ κεύθοι τὰς Παφίης ἐτέρως.

## 770. (119) ΟΝΕΣΤΟΥ.

Ἄσωπις κρήνη κ' Πηγαίσις, ὕδατ' ἀδελφά,  
 Ἴππερ τ' ἔποταν' ἄρα ποδορράγεια,  
 Χῶ μὲν ἔκοψ' Ἐλικῶνος, ὃ ἦ φλέβας Ἀκροκορίνθου  
 Ἐπληξ'. ὦ πέρηντις εἰς ἴσον εὐσοχίη.

\* 771.

## 772. (121) ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἀκταίλω πρὸς θίνα διαυγέος ἔνδοθεν ἄλμας  
 Ἰχθύα παλυπόδων ἔδρακ' ἐν ἰχθυόλῳ.  
 Νηχομένω δ' ἐπύρσσε, κ' ἐξ ἀλὸς ἤκ' ἴππ'ι χέρσον  
 Ἀρπάγῳ, ἀγρῆς δεσμὸν ὑποφθάμεν.  
 Αὐτὰρ ὃ δισκευθεὶς κατακαίριος ἔμπεσε δειλῶ  
 Πτωκὶ παχυσκυῖα. Κεῖτο γὰρ ὑπὸ λαέῳ.

\* Extat Antholog. Steph. p. 85.

S

Τὸν



Τὸν δὲ χυθεῖς πρὸ πάντων πεδῆσατο. Φῶτι δ' ἐπ' ἄγρην  
Ἐμβυθίην ἄγρη χερσὸθεν ἠντίασεν.

## 773. (122) ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ. \*

Ἀνίδε καὶ σὺ γὰρ ὦδε, Μενέκρατες Ἀσυπαιαίου.  
Οἶδα τις, ὦ ξέν', ἦν, ὅς σε κατειργάσατο;  
Ἦρατο καὶ κένταυρον, ὅ μοι πεπερωμένος ὑπὸ  
ἦλθεν. Ὁ δὲ τλήμων οἶνος ἔχει πρόφασιν.

## 774. (123) ΛΕΩΝΙΔΑ.

Ἐσπέριον καὶ ἦῶν ἀνώσατο πολλάκις ὑπνον  
Ἡ γρηὺς πενίην Πλατθίς ἀναινομένη.  
Καί τι πρὸς ἡλακάτῳ καὶ τὸν σπέρηθον ἀτρακτον  
Ἦισεν πολὺ γήραος ἀγχι θυρῶν.  
Νύκτα παρισίδιος δινευμένη ἀχρὶς ἀπ' ἠῆς  
Κεῖνον Ἀθηναίης τὸν κροκίσιν δολιχόν.

## 775. (124) ΤΟΤ ΑΙΤΟΤ.

Ἡ ρικνή ρικνῆ πρὸ γένατος ἄρκιον ἰσῶ  
Χεὶρὶ σρογγύλλισ' ἡμερέυσσε κρόκην,

\* Hodie non prostat apud Callimachea.

Ὅγδωκονταἑπίς δ' Ἀχερῆσιον ἤγαγεν ὕδωρ  
Ἡ καλὰ καὶ καλῶς Πλατῆϊς ὑφαινομένα.

## 776. (125) ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας ἔ δεύτερος ἄλλων  
Εἶμυρ. Ὁ δὲ Φθονερός κλαιέτω ἔσκε θάνη,  
Ἄλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις. Εἰν αἶδα γὰρ  
Μίνω θερσίτας ἔδεν ἀτιμότερον.

## 777. (126) ΑΔΕΣΠΟΤΟΥ.

Ἐνθάδ' ἐγὼ ληστῆος ὁ τρίς δειλαῖος ἄρηι  
Ἐδμήθην, κῆμα δ' ἔδενι κλαίομυρον.

## 778. (127) ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Κῆγὰ Σωσίθεον κομέω νέκιω, ὅσον ἐν ἄσει  
Ἄλλον ἀπ' αὐθαίμων ἡμετέρων Σοφοκλῆν,  
Σκίρτος ὁ πυρρίγενεος. Ἐκισσοφόρησε γὰρ ὦ νῆρ  
Ἄξια, Φλιασίων νὰ μα χορὰς Σατύρων,  
Κῆμὲ τὸν ἐν καινοῖς τετραμμένον ἤθεσιν ἤδη  
Ἦγαγεν εἰς μνήμην πατρίδ' ἀναρχαίσις.

Καὶ πάλιν εἰσώρμησαι τὸν ἄρσενα Δαυρίδι μέσῃ.  
 ῥυθμὸν πρὸς τ' αὐδὴν ἐλκόμενος μεγάλην.  
 Ἐπτα δέ μοι ἔρσων τύπος ἐ χειρὶ καινοτομηθεὶς  
 τῇ φιλοκινδύνῳ φροντίδι Σωσιθέε.

779. (128) ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῷ κωμωδογράφῳ κέφη κόνι τον Φιλάγωνα.  
 Κισθὸν ὑπὲρ τύμβου ζῶντα \* μάχωνι φέροις.  
 οὐ γὰρ ἔχεις κηφῆνα παλίμπλυτον, ἀλλὰ τι τέχνας  
 ἄξιον ἀρχαίης λείψανον ἠμφιέσω.  
 Τῷτο δὲ † πρέσβυς ἐρεῖ. Κέκροπος πόλι, καὶ παρὰ Νείλω  
 ἔσιν ὅτ' ἐν Μέσαις δριμὺ πέφυκε θυμόν.

780. (129) ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

Σάρδιες δευκαῖα πατέρων νόμος, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν  
 ἔτρεφόμαν, χέρνας ἢς τις ἀν, ἢ μακελαῖς,  
 χρυσοφόρος, ῥήσων καλὰ τύμπανα. Νῦν δέ μοι Αλκμῶν  
 οὔνομα, καὶ Σπάρταις εἰμι πολυτερίποδ<sup>Θ</sup>,

\* Flor. Alexandria, Ptolemæi Euergetæ tempore.

† Sc. Macho.

Καὶ μῦσας ἐδάην Ἑλικώνιδας, αἶ με τυράννων  
Θῆκαν Δασκύλεω μείζονα ἢ Γύγεω.

## 781. (130) Α Δ Ε Σ Η Ο Τ Ο Ν.

Πληρώσας στρατιὴν Σωτήριχος ἐνθάδε κῆρυγι,  
ἽΟλβον ἐμῶν καμάτων γλυκεροῖς τεκέεσσι νείσας.  
Ἦρξα δ' ἐν ἰππῆεσσι, Γερήνιος οἰά τε Νέστωρ,  
Ἐξ ἀδίκων δὲ πόνων κειμήλιον ἔδεν ἔτευξα,  
Τένεκα ἢ μετὰ ποτμὸν ὄρω Φάος \* [ἀγνὸν] Ὀλύμπω.

## 782. (131) Π Α Λ Λ Α Δ Α.

Ζητῶν ἐξεῦρες βιότῃ τέλος εὐτυχίης τε  
Ἄρχην, τὴν ζῶην πρὸς τέλος ἐρχομένην.  
Ἄλλ' ἔτυχες τιμῆς, ὦ Γέωσθε, ἔ μετὰ μοῖραν  
Σύμβολα τῆς δόξης ὕστατα δεξάμενοι.

## 783. (132) Α Δ Η Λ Ο Ν.

Ενθάδε σῶμα ἔλειπεν Ἀπελλιάνος μέγ' ἄριστος,  
Ψυχὴν δ' ἐν χείρεσσι εἶν ὄρακάτ' ἔστο Χριστῶ.

\* Suppl. Reiskius.

† 784.

785. (134) ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ, οἱ δὲ  
ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Γλύκων\*, τὸ Περγαμηνὸν Ἀσίδι κλέει,  
 Ὁ παρμάχων κεραυνὸς, ὁ πλατὺς πόδας,  
 Ὁ καινὸς Ἄτλας, αἵ τ' ἀνίκητοι χεῖρες,  
 Ἔρρον. Τοιήνδ' ἐπρόθεν ἔτ' ἐν Ἰταλοῖς,  
 Οὐθ' Ἑλλάδι τὸ πρῶτον, ἔτ' ἐν Ἀσίδι  
 Ὁ πάντα νικῶν Αἰῶης ἀνέτραπεν.

## 786. (135) ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Ἡμισύ μευ ζῶειν ἐδόκεν, ἔτι κείνῳ γε λεύσων  
 Ἐν μόνον αἰπυτάτῃ μῆλον ἀπ' ἀκρεμόνος.  
 Ἡ δὲ κύων, δένδρων καρποφθόρος, ἡ πτιλόνωτος  
 Κάμπη, καὶ τὸ μόνον βάσκανος ἐξέφαγεν.  
 Ὁ φθόνος ἐς πολὺν ὄχλον ἀπέβλεπον, ὅς δὲ τὰ μικρὰ  
 Πορθεῖ, καὶ τέττα γυῖα ῥάναίμ', ἔλεγεν.

† Extat Anthol. Steph. p. 195.

\* Horat. Lib. 1. Ep. 1. 30. "Inviēti membra Glyconis."

787.

787. (139) ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ, οἱ δὲ  
ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Θάμνε ποτ' ἄκρεσ ἀμφὶ πρῶνας ἤμμε  
Τέτιζ, πτερῶ φλέγοντος ἠλὶς μέσαν  
Νηδὺν ραπίζων δαίδαλ' αὐτέργω μέλει,  
Ἴηθις κατωργάνιζε τῆς ἐρημίας.

\* \* \* \* \*

Κρίτων ὁ πάσης ἰζόεργος πιαλεὺς.  
Τίσι δ' ἔτισεν. Εἰς γὰρ ἠθάδας πάρας,  
Σφαλεῖς ἀλάται παντὸς ἰμείρων πτερῶ.

788. (197) ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑ-  
ΛΙΚΟΥ.

Ἰῆσα κύων ἐλάφοιο κατίχνιος ἔδραμε Γόργη  
Ἐγκυος, \* ἀμφοτέρην Ἄρτεμιν εὐζαμένη.  
Τίκτη δ' ἀποκτείνεσσα, θοῆ δ' ἐπένευσεν Ἐλευθῶ  
Ἄμφω εὐαγρίας δῶρα καὶ εὐτοκίης.  
Καὶ νῦν ἐννέα παισὶ διδοῖ γάλα. Φεύγετε Κρήσασσι  
Κερμάδες ἐκ τοκάδων τέκνα διδασκόμενα.

\* Et Lucinam et Venatricem.

## 789. (138) ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Καρφαλέος δίψει φοῖβε λάτρεις εὔτε γυναικὸς  
 εἶδεν ὑπὲρ τύμβου κρωσσίου ὀμβροδόκην,  
 κλάγξεν ὑπὲρ χείλους. Ἄλλ' ἔ γένυς ἤπλετο βυσσῆ,  
 φοῖβε, σὺ δ' εἰς τέχνην ὄρνιν ἐκληρονόμεις.  
 Χερμάδα δ' ἐμβάλλων σφαιρὰν, ποτὸν ἄρπαγι χεῖλει  
 ἔφθανε, μαιμάσων παλυλίλακτον ὕδωρ.

## 790. (139) ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εὐμάραθον πρηῶνα καὶ εὐσκάνδικα λελογχῶς  
 ἔρμῃ παῖ, πάταν, Πάν φίλος αἰγίβοσιν,  
 καὶ λαχανηλόγῳ ἔσο καὶ αἰγινομήϊ προσηνῆς.  
 ἔξεις καὶ λαχάνων καὶ γλάγεος μερίδα.

: Κι

## 791. (140) ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ.

Τληπόλεμος ὁ Μυρῆς ἔρμῃν, ἀφετήριον ἔρμα  
 ἱροδρόμοις, θῆκεν παῖς ὁ Πολυκρατέω,  
 Δις δ' ἐκ' ἀπὸ σεδίων ἐναγώνιον. Ἄλλὰ πονεῖτε  
 Μαλθακὸν ἐκ γονάτων ὄκνον ἀπωσάμφοι.

792.

## 792. (141) Α Δ Η Λ Ο Ν .

Πρὶν μὲν ἀλικλῦσθαι πέτρας ἐν βένθεσιν \* ἡμῶν,  
 Εὐαλθῆς πόντος φύκος ἐπεννυμένα,  
 Νῦν δέ μοι ἡμερόεις κόλπων ἔντοθεν † ἰαύει  
 Λάτρις εὐσεφάνης Κύπριδος ἀβρὸς ἔρωσ.

## 793. (142) Λ Ε Ω Ν Ι Δ Ο Υ Τ Α Ρ Α Ν Τ Ι Ν Ο Υ .

Πέτρης ἐκ λιοσῆς ψυχρὸν καταπάλμνον ὕδωρ  
 Χαίροις, καὶ Νυμφῶν ποιμενικὰ ζόανα,  
 Πέτραί τε, κρηνάων θ' αἰ ἐν ὕδασι κόσμια ταῦτα  
 Ἰμέων, ὧ κῆραι, μηρία τεγγόμεναι,  
 Χαίρετ'. Ἀριστοκλῆς σὲ δ' ὀδοίπορος, ὧπερ ἀπῶσαι  
 Δίψαν βαψάμνος, τῆτι δίδωμι γέρας.

## 794. (143) Δ Α Μ Ο Σ Τ Ρ Α Τ Ο Υ .

Νύμφαι Ναιιάδες καλλιῆροον αἰ τόδε γᾶμα  
 Χεῖτε κατ' ἐρεῖα πρῶνος ἀπειρέσιον.  
 Ἰμμὶν ταῦτα πόρεν Δαμόστρατος Ἀντίλα υἱὸς  
 Ζέσματα, καὶ δαιῶν ῥίνα κάπρων λάσια.

\* Corallium.

† Insculptus.



## 795. (144) ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Οὐράνιον μίμημα χμεθλιακαῖσιν ἐν ὥραις  
 Τῆτ' ἀπὸ Νειλογμῆς δέξο Λεωνίδεω,  
 Ποππαία, Διὸς εὖνι, \* Σεβασιάς. Εὐαδὲ γάρ σοι  
 Δῶρα, πὰ καὶ λέκτρων ἄζια κ' σοφίης.

## † 796.

## 797. (146) ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΛΑΡΑΝΔΕΩΣ.

Σπέσατέ μοι Μῆσαι λιγυρὴν εὐτερπέα Φωνήν,  
 Ἦδ' ἄπ' ὀσμάτων Ἑλικωνίδος ὄμβρον αἰοιδῆς.  
 Ὅσοι γ' ὀρθέουσιν αἰοιδότακ' ὀμα πηγῆ  
 Ἰμετέρων ἐπέων λιγυρῆ τέρπονται αἰοιδῆ.

## 798. (147) Ὀμηρόκεντρον.

Ἄκτῃ Ἰπὶ πρεχάσῃ Ἰπὶ πλάτῃ Ἑλλησπόντῳ  
 Παρθένος αἰδοίη ὑπερώϊον εἰσαναβάσα  
 Πύργῳ ἐφεισῆκει γούωσά τε μυρομένη τε.  
 Χρυσέον λύχνον ἔχασα Φάος περικαλλὲς ἐποίη.

\* Nero.

† Obscænum deleri jussimus.

Κεῖνον ἐφιεμένη τὸν κάμμορον εἴ ποθεν ἔλθοι  
 Νυχόμοσος, καὶ λαῖτμα τάχιστα ἄλως ἐκπεραάσκων.  
 Νύκτα δὲ ἀμβροσίην, ὅτε θ' εὐδασιν βροτοὶ ἄλλοι.  
 ῥοχθεῖ γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο.  
 Ὅσασιν γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκγεγάασιν,  
 Παρθένος ἠΐθεός τ' ἀρίζετον ἀλλήλοισιν  
 εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους λήθοντε τοκῆας,  
 οἱ Σησὸν καὶ Ἄβυδον ἔχον καὶ δῖαν Ἀρίσβην.

## 799. (148) ΝΟΣΣΙΑΔΟΣ ΛΕΣΒΙΑΣ.

Ἐλθοῖσθα ποτὶ ναὸν ἰδοίμεθα πᾶς Ἀφροδίτας  
 τὸ βρέτας, ὃ χρυσῶ δαιδαλόεν τελέθει.  
 εἴσατό μιν Πολίαρχις ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν  
 κτήσιν ἀπ' οἰκεία σώματος ἀγλαΐης.

## 800. (149) ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Κράνας εὐδρεσὶ παρὰ νάμασι καὶ παρὰ Νύμφαις  
 Ἔσεσέ με Σίμων Πάνα τὸν αἰγιόδη.  
 Τεῦ δ' ἡ χάριν; λέξο τοι. Ὅσον ποθέεις δὲ τὸ κράνας  
 καὶ πῶς, καὶ κοίλα κάλπι γελῶν ἄρυσαι.

Ποσὶ ᾗ μὴ ποτε νίπτρα † χράνον κρυσαλίνα Νυμφᾶν,  
 Δεῦρο τὸν ὑβριζᾶν εἰς ἔμε δερκόμην. \*

## 801. (150) ΠΕΡΣΟΥ.

Καὶ μὲ τὸν ἐν σμικροῖς ὀλίγον θεὸν ἦν Ἰπιθώσης  
 Εὐκαίρως τεύξῃ. Μὴ μεγάλων δὲ γλίχῃ.  
 ὦς, ἃ γε δημογέρων δύναται θεὸς ἀνδρὶ πινέση  
 Δωρεῖσθαι, τέτων κύριος εἰμὶ Τύχων.

## 802. (151) ΔΕΩΝΙΔΟΥ.

† Εὐάγρει, λαγόθηρα, ἢ εἰ πετερινὰ διώκων  
 Ἰξευτῆς ἤκεις τᾷθ' ὑπὸ λισσὸν ὄρος.  
 Καὶ μὲ τὸν ὑλήωρον ἀπὸ κρημνοῖο βόασον  
 Πᾶνα. Σωαγρεύσω ἢ κυσὶ ἢ καλάμοις.

† Subjecit Reisk.

\* Reliquos quatuor versiculos omisimus.

† Quiddam simile sonant illa Propertii. Lib. 3. El. 12. V. 43.

Et leporem quicumque venis venaberis, hospes,

Et si forte meo tramite quæris avem.

Et me Pana tibi comitem de rupe vocato,

Sive petas calamo præmia, sive cane.

## 803. (152) ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Τὸν σκοπὸν Εὐβοίης ἀλικύμονος ἦσεν Ἀριστῶ  
 Ναύπλιον, ἐκ μολπῆς δ' ὁ θρασὺς ἐφλεγόμεν,  
 Ὁ ψευστῆς δ' ὑπὸ νύκτα Καφρέτης ἀπὸ πᾶτρης  
 Πυρσὸς ἐμὴν μετέβη δὺσμορος εἰς κραδίην.

## 804. (153) ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ξῆνοι, παρθένος εἰμι τὸ δένδρεον. Εἴπατε Δάφνης  
 φείσασθαι δμῶν χερσὶν ἐτοιμοτόμοις,  
 Ἄντι δ' ἐμεῦ κομάρα τις ὄδοιπόρος, ἢ τερεβίνθα  
 Δρεπτέσθω χαμαλὴν ἐς χύσιν. Οὐ γὰρ ἐκάς.  
 Ἄλλ' ἀπ' ἐμεῦ πῶλαμὸς μὲν ὅσον τρία, ἔξ δ' ἀπὸ πηγῶν  
 Ἴγλη πανθήλης δυῖα πᾶλεθρ' ἀπέχει.

## 805. (154) ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Τῆς οἴος γλυκὴ μὲν Ἀγαρρική\*, ἐνθεν Ἀράξω  
 Ἴδωρ πωλοφόροις πίνεται Ἀρμενίοις.

\* Agarri Gens hominum inter Mare Caspium et Pontum  
 Euxinum.

Χαῖται δ' ἔ, μήλοισ ἄτε πρ μαλακοῖς, ἐπίμαλλοι,  
 Ψεδναὶ δ' ἀγροτέρων τρηχύτεραι χιμάρων,  
 Νηδὺς δὲ τριτοκεῖ ἀνὰ πᾶν ἔτος, ἐκ δὲ γάλακτος  
 Θήλη αἰεῖ μαστῶ πλήθεται ἔθατίς.  
 Βλήχη δ' ἀσοτάτω τερενῆς μυκήματι μόσχ.  
 Ἄλλα γ' ἄλλοῖαι πάντα φέρουσι γέαι.





ANTHOLOGIÆ  
CONSTANTINI CEPHALÆ  
LIBRI TRES.

*Viz.*

DEDICATORIA, SEPULCHRALIA,  
MISCELLANEA.



ALPHABETICAL INDEX  
OF THE  
RECORDS OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM 1790 TO 1850

ALPHABETICAL INDEX  
OF THE  
RECORDS OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM 1790 TO 1850



E D I T O R  
L E C T O R I S.


*N*E Latina, pro Græcis, alicubi frustra desideres in hac Interpretatione, rite monendus es in ipso limine, non singula Anthologiæ suæ epigrammata Reiskium Latine reddidisse. Nonnulla enim adeo corrupta et mendosa reperuisse se fatetur in codice suo, ut haud facile intelligere, nedum interpretari, posset. Quibus reficiendis et instaurandis operam suam nunc oportune navent eruditi. Alia carmina eandem fere sententiam, mutatis paulum verbis, quam



*proxime præcedentia, prodebant; adeo ut supervacaneum judicaverit actum agere. Quædam etiam, inficeta et insulsa, nec lectu nec explicatione digna, prætermisit. Pauca per se satis facilia jure neglexit, et juniorum vel mediocriter his studiis imbutorum captui reliquit. At si non omnia, partem vel longe maximam, Latinitate donavit. Lemmata nos, una cum poetarum nominibus, Latine fecimus, suisque locis adhibuimus. At nec lemmata semper ad verbum dedimus: nam cum videremus a recenti aliquo Græculo, qui carmina hæc parum capiebat, ea plerumque conficta fuisse; interdum, pro arbitrio nostro vel addendo vel detrahendo, quod rei ratio postulabat expressimus. Quin et auctorum nominibus accuratius, et ad veritatem magis, hic saltem loci proferendis, baud raro prospeximus. Quarum rerum rationes et indicia clariora afferuntur in notatiunculis, quas, ea potissimum*

*potissimum de causa, censui subjungendas. Pauca quidem præterea notata videbis ibidem: qualia nempe commodius et aptius huc referenda videbantur, quam ad textum Græcum. Sed harum minutiarum non tanti fortasse fuit ita diserte mentionem fecisse. Neque enim Hoc, quasi magnum aliquod profiteremur: sed tantum ut liquido tibi pateret, quæ nostra fuerint, quæ Reiskiana. Numeri respondent illis quos habet textus Græcus; quibus nimirum carmina singula notantur in codice Leipsiense. Continuavit autem cæptorum numerorum seriem Reiskius in ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΙΣ, quæ quidem in illo codice non comprehenduntur. Numeri ibidem, in secundo loco positi, sunt editionis Jensianæ post Lucubrationses Hesychianas. Carmina illa Miscellanea hic nuncupamus. Non quod rectum; sed quod titulum æque commodum Latini sermonis egestas haud ultro suppeditaret. Sane nec alio forte*

forte Titulo dixerit quis carmina illa, quæ Sepulchralium nomine venire solent : quibus utique crebra hinc inde, nescio qua sive Constantini sive librariorum incuria, submiscentur epigrammata, non modo diversi, sed inter se valde dissimilis, argumenti. Porro Interpretationem Reiskianam nos aliquantulum refinxisse, faciliorem nempe luculentiorumque reddendo, supra diximus. Nihil enim turpius, <sup>quam</sup> ipsum interpretem carere interprete. Interea memineris, Reiskium nostrum, de cujus in his rebus industria ac peritia præclare sentio, principem, paucissimis epigrammatibus exceptis, hoc opus attentasse ; nec alios, qui lampada benigne prælucere, habuisse. Quare siquid, in convertendis hujus Anthologiæ carminibus, humani nonnunquam passus fuerit vir optime meritus, eo certe venia dignior erit et excusatione. Vale.



DEDICATORIA.

396. *In Gemmam cui Bacchi sacra fuerant insculpta.*

**H**ÆC gemma radians ostendit multiformia Bacchi  
sacra; et, super illis, vindemiantem chorum ala-  
torum Amorum.

397. DIONYSII<sup>a</sup>.

*In Clavam Herculi dedicatam.*

Hercules, qui Trachinem fontium et rivorum uberem,  
itemque Oetam, et profundum nemorosæ Pholoës promon-  
torium calcas, hanc tibi Dionysius ego clavam dedico,  
quam ipse viridem ex agresti oleâ falce excidi.

<sup>a</sup> Dubitat Reiskius, an hoc sit nomen et Clavam dedican-  
tis, et auctoris carminis. Comm. in loc. p. 3. Equidem *Dio-  
nysum* Poetam hoc nomine designari, nullus ipse quidem dubi-  
to; cujus extat aliud in Anthologia nostra, quale hoc est, ele-  
gans epigramma, N<sup>o</sup>. 750. Aliud insuper ejusdem conditissi-  
mum carmen, e Libro primo Collectionis hujus, sive Strato-  
nis Musa Puerili, protulit Wölfius ad Fragm. Sapph. p. 237.  
Plura quoque Dionysii videbis in Planudea, nec illepidi.

398. ANTIPATRI

## 398. ANTIPATRI SIDONII.

*In Altare dedicatum Minervæ a Seleuco.*

Tritogenia, fospitatrix, Jovis filia, conjugalis lecti abstinens, Pallas, virginitatem servans puerperii expertem, aram tibi cornubus conditam struxit hanc Seleucus, ore Phocbeum sonum reddente.

## 399. RIANI.

Clavam Pani Polyænus dedicat, et arcum sagittas emittentem, et apri hosce pedes revinctos, et hanc pharetram, et canum collare, dona, ex aprorum venatione, montium domino. Tu igitur porro quoque, O specularum incola Pan, Polyænum, Simylæ filium, capturis onustum remitte domum.

## 400. INCERTI.

*Donarium Pani a Pastoribus.*

Senio deorsum incurvatum hunc fagineum ramum, a se in montibus excisum dedolatumque, bubulci apud viam dedicarunt, pulchrum futurum oblectamentum Pani, bubulium fospitatori, mature foeturientium.

## 401. ERATOSTHENIS Scholastici.

*Pani a Daphnide.*

Pertusas arundines, et rhenonem hunc, pedumque, optimo Pani dedicasti, O Daphni mulierose. Accipe, O Pan,  
Daphnidis

Daphnidis dona. Non tu enim, atque ille, minus et cantum et deperdite amas mulieres.

## 403. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

*Fambica.*

Anchoram, algæ incolam, navium retinaculum, geminosque remos, undarum abactores, et plumbum retium vertici per orbem appensum, nassasque suberum rotundis frustis per summam oram velut obsignatas, pileumque caput ambientem, et imbres humoremque omnem arcentem, et lapidem, qui nautis vesperæ ignem gignit, tibi, Neptune, maris imperator, dedicat Archicles, imposito fine ~~victui a litoribus instabili.~~  
*intra librali*

## 404. THALI MILESII.

*Marti a Quibusdam.*

Clypeum Promachus, hastas dedicavit Aconteus, gladium Eumedes, sagittas hasce Cydo, Hippomedeo fræna, galeam Melanthas, Nico ocreas, contum Aristomachus, loricam Philinus. Da igitur, Mars hominiperda, hos omnes nunquam non spolia hostibus ademta referre.

## 405. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

*Donaria Rbeæ a Clytostbene.*

Tympana hæc manibus tundi nata, et cymbala acutum tinnientia, a labiis inde intorsum cava, geminasque tibias e cornu boantes, ad quorum omnium concentum solebat

olim ululare, contortâ cervice; et referantem venas cultrum, utrinque acutum, tibi, Rhea, quæ curru veheris leonibus juncto, dedicavit Clytosthenes, ex quo furibundus ipsi pes obsolevit.

## 406. ANTIPATRI SIDONII.

*Herculi ab Harpalione.*

Harpalio senex, totus ruga, venator, hoc me, quod vides, venabulum deposuit penes Herculem, <sup>cum manus</sup> tantillum nunc, ~~a multis annis et gestando non erat. Pater~~ olim multo majus. Manus nempe ipsi non amplius valent, et canitiem caput induit.

## 407. ANTIPHILI.

Boum' versorem, præferratum, instinctorem stimulum, et peram recipiendæ mensuræ ferendi frumenti factam, et recurvam falcem, arifis succidendis utile colonæ instrumentum, et ~~vento adverstantem tridentem, ætatis manum,~~ <sup>huc et iluc, ætatis manum, jactatum</sup> cavosque faccos, agri fulcator Parmis dedicavit Cereri, valedicens laboribus ærumnosus.

## 408. ERYCII.

Glauco et Corydo, bubulci montani, ambo Arcades, cornutæ juvencæ, quam Pani, montis Cyllenii amanti, rite mactaverant, cornua, duodecim palmos longa, longo clavo in hâc late diffusâ platano depanxerunt, pulcrum oblectamentum deo pastorali.

## 409. ZONÆ.

## 409. ZONÆ.

*Cereri ab Heronaete.*

Cereri frugum ventilationi præpositæ, et Horis camporum fulcos frequentare amantibus, Heronax, ex angustifundio depromptam exilem portionem aristarum, et omnis generis legumina hæc, hoc in faxeo tripode offert, ut ararum campestrium custodibus, exigui proventus multo minimam particulam. Possidet enim non magnum hunc agellum, in sterili hoc subsaxeo solo.

## 410. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

E'fago resectum te, ipso non liberatum cortice, jussit Panem esse Philoxenides, clarus caprimulgus, maetato cano caprarum marito, et inebriatis aris tuis venerabilibus lacte capellæ primiparæ. Cujus in vicem rei, fac uterum ut semper in stabulis ponant capellæ gemelliparæ, acerbo lupi denti intactæ.

## 411. CRINAGORÆ.

*Mercurio ab Antiphane.*

Lampadem, quæ juvenibus sacræ contentionis argumentum est, furto surrepti a Prometheo ignis in memoriam, quod victoriæ suæ præclarum præmium et signum est, celeri cursu ad Mercurii statuam delatam, adhuc ardentem, deposuit ibidem de manu, filius patri Antiphani cognominis.

## 412. PHILIPPI.



## 412. PHILIPPI.

*Pani a Gelone Venatore.*

Sylvarum inspectori Pani venator Gelo posuit hastam, cujus cuspidem ipso usu detrivit longum tempus; et retium versatiliū vetustas lacinias, et laqueos faucium elifores, et nervis plexas pedicas, subito ferarum pedes implicare doctos, et caninæ cervicis collaria. Longâ enim fractus ætate, marcidos artus valedixit errori montivago.

## 413. MYRINI.

*Pani a Diotimo.*

Excelsorum præfides montium cornuti, ludere choreis amantes, Panes, Arcadiæ domini, pabulo boum abundantis; ditate Diotimum agnorum et capellarum egregio proventu; admisso ejus sacrificio, quo vos splendido donat.

## 414. PERSÆ.

*Apollini a Dailocho<sup>a</sup> et Promene.*

Tria enormiter cornuta fixa tibi in parietibus, O Apollo, hærent capita cervorum Mænaliorum, quos equestri venatu ceperunt fortes brachiis duo viri, Dailochus et Promenes, optimi Leontidæ filii.

<sup>a</sup> Portentum illud in Græcis, χερδαίλοχος, grammaticastri manum, nec valde peritam, fatetur.

## 415. MYRUS

## 415. MYRUS BYZANTIÆ.

*Veneri.*

Jaces ergo aureo sub thalamo <sup>a</sup> Veneris, O uva, Bacchi turgens liquore; neque te tua mater amplius amabili palmitate amplectetur, pampinumve nectareum extrudet, quo tuum caput amiciat.

## 416. NICIÆ.

*Minervæ.*

Baccha Martis tumultum in te suspiciens, impetuosa hasta, quis te tandem donarium deæ pugnas cienti dedicavit? *Resp.* Mæcius. Nam profecto eum tu, de manu celeriter exfiliendo, primâ in acie servasti sospitem, martiâ in arenâ.

## 417. ANYTES.

*Eidem.*

Sta hic loci, hasta hominum jugulatrix, neque porro de lugubri æneo ungue tuo guttas inimici cruoris defunde; sed residens excelsâ marmoreâ in æde Minervæ, prædica virtutem Cretis Echeocratidæ.

## 418. DIOSCORIDIS.

*Donarium.*

Insigne, scuto quod gerit Polygnides, alter bellicosus Cretæ filius, non de nihilo ei curavit insculpi, <sup>Quod si</sup> jubens ex-

<sup>a</sup> Angl. *A Pavilion.*

primi<sup>as</sup> Gorgonem, <sup>non ipsam tenetis</sup> spectatores in saxa vertentem, et tres pedes. <sup>^</sup> Viden? Id autem videtur velle symbolum hoc significare: Quisquis es, qui adversâ hastâ meum scutum impetis, aut ne aude me adspicere, aut fuge celerem virum ternis pedibus.

## 419. NICIÆ.

*Dianæ ab Epixeno.*

Tandem aliquando erat in fatis ut, exosâ Martis rixâ desertâ, puellaribus choreis vacarem Dianæ in æde, ubi Epixenus me dedicavit, cano senio membra fractus.

## 420. MNASALCÆ.

*Dianæ.*

Reside, scutum splendidum, divino in hoc sacratio, bellicum donarium Latoniæ Dianæ. Sæpe enim in præliis, pugnans manibus, una cum Alexandro, non fordidavi pulvere auream (id est *pulcram meam*) genam, *tuo beneficio.*

## 421. NOSSIDIS.

*Donarium.*

Scuta Brutii viri sua humeris abjecerant, quibus sæva fata Parcæ addixerant, Locrorum confossi manibus, pugnæ celerum. Quorum virtutem celebrantia jacent in Deorum sacradiis, nullo desiderio ignavorum brachiorum, e quibus defluxere.

## 422. ARCHI-

## 422. ARCHILOCHI.

*Junoni ab Alcibiâ.*

Alcibia plexorum crinium reticulum sacrum futurum Junoni dedicavit, legitimas sortita nuptias.

## 423. ANACREONTIS.

Decedunt de monte Baccho ferentes hederam et uvas et pinguem hœdum.

## 424. EJUSDEM.

*Jovi a Pheidola.*

Equus hic Phidolæ, spatiosa Corinthio oriundi, dedicatus est Jovi in monumentum virtutis pedum.

## 425. EJUSDEM.

Praxidice quidem fecit, prætextâ autem instruxit Dyeris, hanc vestem, mutuâ junctæ amicitîâ.

## 426. EJUSDEM.

*Apollini a Naucrate.*

Provide, futuri vates Apollo, argenteo utens arcu, indulge Aeschyli filio, Naucrati, gratiam tuam, his votis clementer admiffis.

## 427. EJUSDEM.

## 427. EJUSDEM.

Antea quidem Calliteles me dedicaverat; nunc autem ejus posteri restaurarunt. Quibus gratiam redde.

428. ALIUD.<sup>a</sup>

Dona hæc diis dedicat Praxagoras, Lycæi filius; fecit autem Anaxagoras.

## 429. ALIUD.

Baccho, Semeles filio, coronarum amantis, hoc dedicavit Melanthus, Areiphili filius, monumentum victoriæ, quâ in edendis choris potitus fuit.

<sup>non</sup>  
<sup>a</sup> Dubium est, an hæc septem, sane lepida, carmina quibus Tit. *Aliud*, sint omnia Anacreontis. Certe non est, quodcunque statuas de cæteris, Carm. 434, ubi mentio fit Sophoclis Tragœdiarum. Notandum est tamen, illud *ἄλλο* non semper significare Carmen *ejusdem Auctoris*. Ut ex hac Anthologia, nec minus illa vulgari, clare patet. Porro, septem ista carmina, cum quatuor præcedentibus, inter Anacreontis epigrammata recenset, homo non valde nefatus, Barnesius: dicit tamen, illa omnia, partim ex Anthologia inedita Parisiis exscripta, secumque a Cl. Kustero communicata fuisse; partim sibi transmissa ab amicissimo J. Hudson, qui ea transcripserat e codice quodam Heidelbergensi. Nimirum, quod verosimile videtur, in Barnesii gratiam, horum nonnulla, doctissimus Hudsonus, Custos Bodleianæ Bibliothecæ, transcripserat e Bodleiano codice, qui sui tunc temporis erat peculi, et Heidelbergensem, hodie Vaticanum, referebat. Vid. Barnes. Anacr. p. 276, seq. et in notis, ibid. Edit. 3.

## 430. ALIUD.

## 430. ALIUD.

Quod Pythonem horrifono eripuit bello, scutum Minervæ in æde pendet.

## 431. ALIUD.

Et tuam in gratiam, Bacche, et quò essem urbi splendidus ornatus, me dedicavit Thessaliæ princeps, Echechra-tidas.

## 432. ALIUD.

Opta, quisquis me spectas, ut Timonacti deorum præco, Mercurius, sit propitius, qui me, futurum cum amabili huic, gymnasii, atrio, tum ipsi janitori Mercurio, decus, dedicavit; me, inquam, qui huc admitti cupientem, civis sit an hospes, ad gymnasium admitto.

## 433. ALIUD.

Hanc statuam quum Mercurio dedicares, O <sup>eo</sup> Lycocrates, Strombi fili, non latebas pulchricomas Gratias, neque hilarem Academiam; ~~quibus caram et expetitam tuam beneficentiam ego accedenti cuique significo.~~

## 434. ALIUD.

Aras has diis Sophocles posuit, qui primus perfectam tulit e Musâ tragicâ laudem.

Y

440. TYMNÆ.

## 440. TYMNAE.

Miccus Pellenæus gravisonum hunc Martis tubum Minervæ Iliacæ dedicavit, Tyrrhenum studium, e quo multa olim ille, penetrante aures boatu, significavit, et ad bellum et ad pacem pertinentia.

## 441. ANYTES.

Immanis lebes, quem Eriaspidæ filius Cleobotus posuit, spatiosâ Tegeâ oriundus, Minervæ sacer est, opus Aristotelis Clitorii, filii patri cognominis.

## 442. ANTIPATRI SIDONII.

Ego, quæ olim cruentum belli clasticum in cæde hominum, et suaves pacis modos fundebam, tuba, Minervæ sacra jaceo, donum tuum, Pherenice, quiescente strepitu vehementi.

## 443. MELEAGRI.

Donarium tibi, Venus amica, posuit Meleager, colluforem suum, tuorum pervigiliorum sacerdotem.

## 444. PHALÆCTI.

Rotatile tympanum, chori Bassarici stimulum, et pellem ex integro detractam, maculosam, cervinam, et ænea tinnula cymbala, Corybantibus usitata, et thyrsum, viridem ferulam,

ferulam, cui conus infidet pineus, et gravis leve tympanum  
barritûs, sæpeque gestatam vannum super comâ mitris re-  
vinctâ, Baccho Euanthes *sacrat*, quo tempore manum  
ferendis thyrsis ineptam, utpote tremulam, ad compota-  
tiones mutatis transtulit studiis, propinandis poculis fortem  
et strenuam.

## 445. PAULI SILENTIARII.

Indefessum vitium corruptorem aprum, procericomi a-  
rundineti ferocem incolam, qui sæpe dentium acutorum  
mucronibus evulsit arbores, et in fugam vertit pastorales  
canes, horrentem setis et denso sylvæ suæ recessu modo e-  
gressum, Zenophilus, ipsi obviam factus, prostravit æneo  
mucrone, et e fago Pani suspendit exuvias feræ blanditiis  
haud cedentis.

## 446. THUËLÆI. [EVENI.]

*Pani.*

Ulmi hæ, et proceræ falices, et venerabilis umbrosa  
platanus, et fontes, et pastoralia pocula, Pani sacra sunt,  
præsidia sitim arcentia.

## 447. RHIANI.

Archylis, Phrygiæ deæ thalami curatrix, quæ circa sa-  
cras tædas sæpe comas nodo solutas ventis profudit, sæpe,  
ad Gallorum modum Cybelen ululatu venerantium, aures  
gravi sono feriit, faucibus edito: has comas montanæ deæ  
apud bivalves fores, *dedicavit*, postquam calidum pedem  
a furore quiescere iussit.

448. *Pani*



448. *Pani a Daphnide.*

Daphnis cute candidus, pulchrâ fistulâ canens pastorales hymnos, dedicavit Pani hæc: pertusas arundines; acutum, lepores configere natum, jaculum; cervinam pellem, et peram, in quâ olim poma deferebat.

## 449. HEGESIPPI.

*Herculi ab Archetrato.*

Propitius accipe me, O Hercules, sacrum Archestrati clypeum, quò apud nidulum tuum affabre factum recubans, in senio choros et hymnos nunquam non audiam, Satis exosæ Martis pugnae servii.

## 450. ARCHIÆ.

Has piscatorii lini vetustas reliquias Priapo Phintylus suspendit, et nassas, et curvum hamum, equinis fetis alligatum, occultam pedicam piscibus, et longam arundinem, et negans aquis mergi suber, jactuum undis abditorum sursum edens indicium. Non enim amplius calcat scopulos, neque noctes ducit litoribus incubans, ærumnoso attritus senio,

## 451. FLACCI.

Priape litorum custos, algarum accola! Damœtas piscator, profunda sali metiri suetus, exterforium scopulorum fluctibus flagellatorum, hirudo cavernarum a mari exesatum,

rum, venator marinus, hæc tibi reſia in utramque partem verſatilia, O numen, dedicavit, quibus fovit et nutrit ſuum ſenium.

## 452. ARCHIÆ.

*Minervæ a Pellenenſi.*

Trojanæ Minervæ ſuſpendit Miccus Pellenâ oriundus hunc gravifonum Martis tubum, quo aures olim mulſit et in bellis et in ſcenis, ſignum edens modo gemitûs, modo rectæ diſciplinæ.

## 453. SIMONIDIS.

Paufanias ego, Græcorum dux, deletis Medorum copiis, Phœbo monumentum hoc dedicavi.

454. ANTIPHILI BYZANTII<sup>a</sup>.*Donarium.*

Hecate, pileum hunc ſuâ de cæſarie demtum tibi dedicat Antiphilus, indicium priſtini muneris. Cursor enim erat. Favisti nempe ejus precibus, et in viis agenti ipſi propitiam te monſtraſti. Exiguum donum, ſed ſanctum. Ne autem, quæſo, donarium meum aliquis viator attrectet manu ſacrilegâ. Rapiuntur hæud impune ſacra, utcunque exigua.

<sup>a</sup> Potius eſſe *Simonidis* vult Reiskius. Com. p. 40. Certe Donarium ſit ab *Antiphilo* quodam.

## 455. LEONIDÆ.

## 455. LEONIDÆ.

Lucina, ut acerbum evasit partûs dolorem Ambrosia,  
posuit præclaris coram pedibus tuis vincula comæ, et pe-  
plum, in quo, mense decimo currente, geminum libero-  
rum fœtum edidit.

## 456. MARCI ARGENTARI I.

Sandala et mitram perpulcram, et unguenta spirantem  
cincinnum, crispum a scite plexis crinibus, et zonam, et  
tenue subdumentum, tunicam, et mammarum formosa,  
pectori inhærentia, strophia, postquam uteri liberavit onus,  
posuit in florido templo immortalis felici partu editæ, (aut  
*partus facilitantis*) Dianæ.

## 457. LEONIDÆ TARENTINI.

Bene fimbriatam zonam, simul et hunc cypassin, Atthis  
tuas deæ virginis apud fores suspendit; quia tu, O Diana,  
Latonæ filia, graviter ipsi laborante utero vivum et salvum  
fœtum puerperio absolvisti.

## 458. LACONIS.

*Alii* PHILIPPI<sup>a</sup> THESSALONICENSIS.

Anus paupercula, curva pedes, præclarâ famâ fontis fa-  
lutaris excita, veniebat aliquando in querneo fuisse arrep-

<sup>a</sup> Sane rectius. Ignotum *Laconis*, saltem inter Poetas, nomen.  
tans,

tans, quo se fultam promovebat, claudam. Talis commiseratio subibat Nymphas, quæ in jugis Ætnæ ab ignibus depastæ, Symæthæ patris vorticosi aquosam incolunt domum. Anûs igitur utrumque claudum femur confirmabat calida, Aetnæ soboles, adspergo. Nymphis autem ea, mansurum deinceps peculium, dedicabat fustem; quæ delectatæ dono, voti sui ream faciebant eam, *hoc est*, fulcri haud indigam domum remittebant.

## 459. LEONIDÆ TARENTINI.

Fabri Leontichi instrumenta hæc: rasores limæ; et funium illi, qui appenso plumbæ graves dependent, amuffles, et capsulæ rubicæ, et prope siti utrinque ferientes; et regulæ rubricâ inquinatæ; et scobinæ, et scalptrum, et manubriata hæc ponderosa secûris, artis princeps, et versatiles terebræ, et pervasores terebellæ, et paxillorum hi quatuor tornatores, et bene lævigans dolabra. Ea itaque sunt, quæ Minervæ fabricis gaudenti dedicavit vir ab arte cessans.

## 460. ANTIPATRI SIDONII.

Sandala hæc pedes foventia, sutoribus corii artificiosigratum laborem, Bitinna: comæ plecti amantis constrictorem, vittam, cani maris purpurâ tinctam, Philænis: flabellum Anticlea: velum vultûs, telis aranearum comparabile opus, formosa Heraclea: bene in spiras contortum draconem tandem, aureum ornatum pro malleis crurum gracilium, Aristotelia patri cognominis puella: Hæ omnes igitur æquales annis, et ejusdem recti victûsque sociæ, dona hæc cœlesti Veneri sacrant.

## 462. ANTIPATRI.

## 462. ANTIPATRI.

*Eidem.*

Cythera, gente Bithynna, tuæ, O Venus, formæ simulacrum me Pario marmore posuit, ex voto. Retribue igitur exiguæ gratiæ magnam, ut soles. Aliud autem ea nihil petit, præter mariti concordiam.

## 463. PHILETÆ SAMII.

*Eidem a Niciade.*

Quinquagenaria, et ultra, Nicias amabilis, in æde Veneris suspendit sandala, et cincinnos, et clarum æneum haud mendax speculum, et pretiosam zonam, et quod viris haud fas est pronunciare; videt tamen omne Veneris spectaculum.

## 464. LEONIDÆ TARENTINI.

Argenteum Cupidinem, et malleos cingentem fasciam, et purpureum Lesbicæ (*filitiæ*) comæ involucrum, et membra constringentem <sup>a</sup> tæniam vitreo imbutam colore, et

<sup>a</sup> In ipso textu, forte verosimilius et elegantius, legerem, pro Μελέχρον, ΜΗΛΟΥΧΟΝ, sc. *Fasciam cohibendis puellarum mammis, five Strophium.* Quæ mihi, versionem Reiskianam recensenti, postquam cuderentur Græca, nonnisi ferius occurbat conjectura. Et sic erit v. ὑαλοχρόα, *pellucens.* Quasi tota esset sententia, *Operculum papillarum pellucidum.*

æneum

æneum speculum, et latum capillorum venatorem pectinem buxum, potita votis, <sup>bonorâ largitâ</sup> Cnossia Venus, tuos infert in thalamos Callicratia.

## 465. SIMONIDIS.

*Donarium.*

Opta tu, Cyto, tuis muneribus ita gaudere deum Latonæ filium, fori pulcris choreis celebris principem, ut et a peregrinis, et ab incolis Corinthi, Gratiarum testimonium habes, domine, in coronis in te congestis.

## 466. EJUSDEM.

Sex et quinquaginta tauros tulisti et tripodas, O Simonides, antequam hunc dedicares tripodem; totiesque, productis amabilibus virorum choris, inscendisti in splendidum currum victoriæ gloriâ plenæ.

## 467. EJUSDEM.

Ajo Gelonem, Hieronem, Polyzelum, Thrasymbulum, filios Dinomenis, dedicasse tripodem de decimâ, centum litris et quinquaginta talentis Damaretici auri constante, decimam.

## 468. EJUSDEM.

*Latonæ a Nautis.*

A Medis abjecta hæc scuta nautæ Diodori dedicarunt Latonæ, monumenta navalis pugnæ.

Z

469. EJUSDEM.

469. E J U S D E M. <sup>a</sup>

Sofus et Sofo hunc *tripodem*, significationem grati animi, pro recuperatâ bonâ valetudine dedicarunt; ille quidem sui causâ, illa vero ejus, quod salvus e periculo evasisset.

## 470. E J U S D E M.

*Donarium a Gallo Sacerdote Cybeles, Leonem strepitu Tympani Corybantici profligante.*

Procellosam nivis ruinam devitans Gallus, quum se desertam sub cavernam recepisset, vix absterferat imbrem comâ, quum vestigia ejus legens, taurorum helluo, leo profundum venit in tramitem. Gallus ergo ingens lantumque corripit tympanum, quod ut tunsu manu replevit boatu totum antrum, non sustinuit sacrum Cybelæ musicum modulum sylvivagus ferus; sed cito gressu in nemorosum ruit montem, præ metu semiviri, deæ cultoris, qui vestes has flavosque cincinnos Rheæ suspendit.

## 471. D I O S C O R I D I S.

*In idem.*

Sardes tendebat e Pessinunte Phrygiæ, amentiam permissâ ventis comâ prodens, castus Atys, lectistrator Cybeles; at feri illi spiritus, a sævo incubante numine exca-

<sup>a</sup> Forte hoc, et sequens, *junioris* sunt *Simonidis*. In illo, luditur in verbis. In altero, *Gallorum* fit mentio.

lesacti,

lesacti, ut refrixerant sub vesperam ambulanti, subibat in profundo situm antrum, paulo seorsim a viâ. Cujus persecutum vestigia ibat leo, terror viris audacibus, at Gallo illi, vel nomine tenus, horrendus luctus. Quo igitur conspecto Gallus, præ metu mutus, afflatu tamen alicujus numinis, tympano suo injiciebat manus. Quo graviter mugiente, omnium audacissimus quadrupedum incitatus ipsis cervis currens aufugiebat, auribus haud ferens gravem strepitum. Gallus igitur, clarâ voce ad Sangarii ripam celebratâ Matris Deûm potentiâ, et sacrum pulvinar, et strepitaculum, quod ferum in fugam dederat, tibi, Mater, dedico, argumentum et redhostimentum servati spiritûs.

## 472. THEODORIDÆ.

*In Scolopendram.*

Millipedam scolopendram conturbatus ab Orione pontus ad Iapygas ejecerat scopulos. Cujus immanem hanc costam, horribilis pelagi foetum, suspenderunt diis *marinis* domini navigiorum viginti remis actilium, quæ graviter onerari solent.

## 472. ANTIPATRI.

*In idem.*

Reliquias has undecunque carptas scolopendræ undis circumactæ, litore porrectas arenoso, octo orgyarum<sup>a</sup>, spumâ candentes, multumque contra marinam quandam

<sup>a</sup> Intellige octo ulnas.



cavernam allifas et vexatas, ut tum invenit Hermonax, quum piscatoriam artem exercens extraheret e pelago capturam piscium divitem, suspendit Palæmoni puero, et ejus matri Inoni, diis marinis dedicans monstrum marinum.

## 474. THEODORIDÆ.

*In Cochleam marinam.*

Marine labyrinthe<sup>a</sup>, dic tu mihi : quis te dedicavit, capturam e cano mari nactus, fortuito repertam? *Resp.* Dionysius Protarchi filius Nymphis me dedicavit, antrorum incolis, promontorii Pelorici sobolem et munus, unde curvi freti æstus in litus me expuit; ut essem nitidarum antricularum oblectamentum.

## 475. NICÆNETI.

Heroinæ, quæ <sup>*littoralem*</sup> immensum montem Libyum incolitis, caprillâ succinctæ unde villi tortiles dependent, filiæ deorum, accipite Philetidis hos sacros manipulos, et virides e spicis coronas, quales offerri a vannatore solent. At vel sic, exilibus quamvis, gaudete tamen, O heroinæ, dominæ Libyum.

## 476. LEONIDÆ.

Hæc est exigua Clitonis villa, et agellus paucorum sulcorum, fementi recipiendæ utilis; et exilis, quam prope vides, vinea, et sylvula paucarum arborum, frondatui ser-

<sup>a</sup> Intelligitur Concha marina, pulchre turbinata.

viens. Et nihilominus tamen his contentus et utens, exigit Clito annos octoginta.

## 477. CRINAGORÆ.

Argenteum tibi tuum in natalem diem, Procle, lignum calamum recens tersum, et apud bene fissâ cornua scite politum, et qui deproperandæ paginæ facilem atramenti fluxum suggerit, eum, inquam, tibi mittit Crinagoras, exile quidem donum, at affectione magnâ, recens doctum ~~recens doctum~~ <sup>est tibi nova</sup> ~~docilitati tuæ sociâ~~ operâ succurrere.

## 478. EJUSDEM.

Aquilæ curvirostri extremam pennam ferro in acumen rasam, intinctâque cyano ardentem, quæ miti aculeo emovere novit, si quæ sordidæ epularum reliquiæ inter dentes lateant: hanc tibi, Luci, exiguum, sed liberalis animi, munusculum, Crinagoras mittit; qualia tibi dona venire par est a domino curtæ suppellectilis.

## 480. PHILIPPI.

Aegypti domina, nigrâ glebâ gaudentis, lineas vestes amans numen, *O Isis*, ad oblationes pias et puras, (vel *venerandas*), respice. Tibi enim jacet super affulis exile libum, et canum par anserum aquatilium, et gastrâ fragilis caricis onusta, quæ grana condunt milio similia, et uva passa, et suave spirans thus. Quod si autem Damin, ut pelago eripuisti, dea, ita quoque a paupertate vindices, sternet tibi auratam cornua hinnulum.

## 481. CRINA-

## 481. CRINAGORÆ.

Racemos uvarum vino maturo plenos, et facile ruptilis mali Punici frustra, et rubentes medullas e pineis nucibus extractas, et miseras ploratrices amygdalas, et apum ambrosiam, *mel*, et densas fuminales placentas, et ad potum invitantia aliorum capita, et aquosa pyra sylvestria, ~~dapfiles ventri~~ vinipotarum cupedias accessorias, Pani baculum amanti, et Priapo bene hastato, offert ~~Philoxenides~~, tenues dapes.

## 482. MÆCII.

Lupata ab illifis maxillis crepitantia, et utrinque pertusum coërcitorem, fiscellam ferream, et genarum constrictorem bene sutum, *lorum*, et instigatricem remissi cursus scuticam, et sævum mordax brachiale, et cruentos stimulos aculei cursum incitantis, et ferratum instrumentum scalptorium strigilis ferrei; habes, donum a Stratio, O Neptune Isthmie, qui utriusque litoris strepitu gaudes.

## 483. ERYCII.

Gallus comatus recens castratus, ille Tmoli incola, Lydus saltator longum ululans, Matri, illi nempe, quæ apud Sangarium colitur; hic loci dedicavit hæc tympana, et nodosam bubalinis talis scuticam, et orichalco facta hæc tinnula cymbala, et unguentis delibutum cincinum, furore modò valere iussu.

## 484. THALLI.

## 484. THALLI.

Occidentalibus juxta orientalibusque provinciis magnum gaudium, Cæsar, invictorum soboles Romulidarum, cælestem tuam nativitatem celebramus, et circum aras hilares fundimus libationes immortalibus. Tu itaque avitis insistens vestigiis, quod optamus, multos exigas annos.

## 486. APOLLONIDÆ.

Sophro, annosus ego, non sum agri multorum sulcorum, neque uvæ largum mustum fudentis colonus; sed aratro terram brevis glebæ radente sulco, et exiguus mihi est latex paucis de acinis stillans. Tibi igitur, ut de paucis, exiguum quidem venit donum, O numen: plura autem si des, nos quoque ampliores feremus primicias.

## 487. EJUSDEM.

Favo me exsectum, dulcem annonam <sup>loco victimarum</sup> ~~quaquaversum ad~~ ~~pastum evolantium,~~ vetustus Clito defudit, apum cultor, postquam ex ambrosiis vernis ceris multum mel emulsisset, donum vagantis absque pastore et procul avolantis gregis. Fac igitur, O numen, cœtum examina gignentem innumerabilem, et flavo imple nectare cellas cerâ compactas.

## 488. CRINAGORÆ.

Fausto die multumque optato, facimus Pubertali Jovi et partus dolorum mitigatrici Dianæ. His enim vovebat  
meus

meus frater, nondum genas lanugine vestitus, ver malorum, quod adolescentes primùm progerminant, positurum. Ergo admittite, O numina; et protinus ab hâc deinceps primâ barbâ ducite Eucliden usque ad canam senectutem.

## 489. E J U S D E M.

Mater Elithyjarum, puellarum nutricula, pubertalis Juno, et tu Jupiter, communis natis omnibus pater; annuatis propitii Antoniaë venire partûs dolores mites, inter molles manus Epionæ; quo gaudeant ejus maritus, mater, et socrus. Venter enim fert sanguinem magnorum patrum.

## 490. D I O D O R I.

Vento per noctem Carpathium pelagus evertente, quum videret Diogenes ab aquilonari procellâ fractam antennam, vovebat, superato periculo, me, hanc pannuciam, tibi, O domine Bœoti Cabire, monumentum factæ per sævam tempestatem navigationis, sanctæ tuæ in ædis atrio se suspensurum. Jam ergo paupertatem quoque a viro velim arceas.

## 491. A R G E N T A R I I.

Jace sacrum Veneri, jace, iterum dico, donum, quod pedem temulentum titubare facis, soror nectarei calycis, Bacchi famula, argutum et delicatum sonans, convivii hilaris coëpulo, angusticollis filia convivalis calculi, mortalibus ministrare proprio marte docta, sacerdos amantium  
suavissima,

suavissima, epularum instrumentum promptissimum. Esto donarium Marci splendidum, qui te, vini amica, dedicans laudabat ut vetustam coërronem.

## 492. ANTIPHILII.

Tenuis quidem ego sum, <sup>et infestus</sup> ~~fortunas si spectes~~, domina, ajo tamen multos <sup>a</sup> ~~superare divitis~~, <sup>tua sumptuosa donaria</sup> quantum a voluntate pendet. Accipe igitur tepidum ardente purpurâ perfusum indumentum, tapeti simile, et roseas lanas, et pro nigrâ tuâ comâ nardum, cœruleo vitro inclusam. Vestis cutim tueatur, lanificia demonstrent artificium et sedulitatem manuum tuarum, et suaviter fragrans odor cincinnatiis tuis inhæreat.

## 493. PHILIPPI.

O qui Leucadis excelsum, e longinquo nautis conspicuum, collem tenes, Apollo, Ionico mari lotum, accipe a nautis mazam, ipsorum manibus pistas epulas, et vini tantillum, exiguo calici infusum, et micantis exile lychni lumen, bibens alimentum e stuppâ, quæ egregie servit parcendis sumtibus, ore semitemulento. Quorum in vicem propitius sis; et immittas velis ventum secundum, nostræ navigationi, quæ ad Actiacos portus tendit, succurrentem.

## 494. CRINAGORÆ.

Vos antra Nympharum fontibus scatentia, tantam aquæ copiam de curvo hoc scopulo defundentia, et tu, Panis pineam coronam gerere amantis sonorum (*a ventorum im-*

A a

petu)

*petu*) tugurium, quod sub Crissææ petræ radicibus nactus est, et sacer venatoribus stipes vetulæ juniperi, et vos congesta lapidibus Mercurii sacraria: fitis simul propitii, et accipiatis spolia venaturæ, in quâ celeritas usu venit, cervorum exagitatricis, quam fortunatus in venando Sofander exercet.

## 495. DAMAGETI.

Diana, ad quam arcus et validæ (aut *inimicam vim arcentes*) sagittæ pertinent, tibi suæ comæ plexum hunc reliquit in suavidoro tuo templo Arfinoë, Ptolemæi filia, virgo; quem sibi curavit ab amabili cincinno detonderi.

## 496. RHIANI.

Gorgus, Asclepiadæ filius, pulcro Apollini pulcrum dedicat de venusto capite munus. Tu igitur, O Apollo Delphice, puerum fac procedere in lætis omnibus usque ad canam ætatem.

## 497. EUPHORIIONIS.

Primas cum poneret pulcras comas Eudoxus, Phœbo dicavit puerile decus. Consequatur, O Arcitenens, ut pro cincinnis illis pulcher maneat, ceu hedera e terrâ, magis magisque affurgens.

## 498. INCERTI.

Timareta ante nuptias, tympana, et amabilem pilam, (*ut puerilia ludicra*) et retinaculum comæ, tutulum, et  
CORRU,

*has pupas corallinas*  
 cornu, lacusque filias, ut puellam decebat, dedicavit Dianæ, itemque indumenta puellaria. Tu ergo, Latonia proles, tenendo manum tuam super puellâ Timaretâ, serva sanctam sancte.

## 499. LEONIDÆ.

O Mater, quæ Dindyma et ambustæ Phrygiæ frequentas scopulos, parvam adhuc ætate Aristodicen Silenæ filiam, O admodum veneranda, venustam et delicatam fac ad hymenæum, et ad conjugium, terminos virginitatis; in vicem officii, quo tuum in honorem sæpe, tam coram æde tuâ, quam ante aram, huc illuc quassavit virgineam comam.

## 500. THEODORIDÆ.

Tibi, Mercuri, petasum suspendit Calliteles, e bene carminatâ lanâ tundendo compilatum, et geminâ fibulam spinâ, et strigilem, et intendi natum arcum, et detritam fordibusque glutinosis mucidam chlamydem, et ligna fissa, et pilam procul projectilem. Accipe ergo, O numen, propitius imperii dona *salutatoris — quæ a scopo non vult aberrare*  
~~bonum ordinem amantis.~~

## 501. INCERTI.

Clam cubans in Agamedis sinu Philænum furvam confecit tunicam, ipsa Venus lanifex: at nunc filum bene deglomerabile et colum, instrumenta mulierum, iners habet et frigus qualus.

## 502. LEONIDÆ.



## 502. LEONIDÆ.

Lycomedis filiæ, Atheno, et Melitea, et Phinto, et Glenis, textrinæ amantissimæ, opum opificio suo partarum decimam caram, nempe lanificio utilem fufum, et stamina discernentem radium, cantricem jugorum texteriorum, et rotundos lanâ obvolutos glomos, et riscos hosce undique ruptos, et spathas graves; vilia quidem omnia, at, ut pauperculæ, dedicamus minorum minutam particulam.

## 503. EJUSDEM.

Autonoma et Melitea et Boiscium, Philolynthæ et Niconis filiæ, Cressæ, quisquis hæc legis, amice; Illa quidem fufum fili effectorem, semper tortilem; Ista vero fumosum lanarum servatorem qualum; Hæc tamen peplorum textorem bono filo circumvolutum, jugorum texteriorum radium, pudicitæ Penelopes conservatorem, donarunt, dedicarunt, hoc in templo, Minervæ <sup>in ista culta</sup> lanifici, imposito laboribus Minervinis sine <sup>Quarum magis utinam adimpleas</sup> Minerva, et <sup>et dæmon locupletis ex egenis</sup> facias.

## 504. MYRINI.

Mollem Veneris arborem, Statullium, virum muliebria patientem, quum minaretur ætas in orcum detrahere; cocco tincta hyfginoque subtilia palliola, et nardo delibutos fictitios crines, et phæcades super malleolis bene tarsatis ridentes, et cistulam pannuciarum bombycinarum repositorium, et tibias suavisonoras in comestationibus meretriciis, dedicavit in atrio ædis Priapi.

## 505. ERYCII.

## 505. ERYCII.

Sao, bubulcus Ambraciota, bicubitale hoc mutilum cornu tauro gregis desertori fregit, quem inter præruptas densasque sylvis voragine conspiciebat de monte, in litore sibi artus lumbosque refrigerare. Bubulco quidem ille adversum ibat advolans: at clavâ iste curvum capite decutiebat cornu bubalum, quod ex hâc sylvestri pyro suspendit apud stabulum mugitu late resonans.

## 506. ANTIPHILI.

Quis me, amphoram Baccho fictam, quis me nectarei Adriatici vini promum condum, Cerere implevit? Unde mihi Bacchum invident? Procul dubio penuria vasis condendis frugibus idonei et hunc et illam ludibrio prostituit. Baccho enim suos honores ademere sacrilegi. Ceres autem temulentiam in contubernium haud admittit.

## 507. ADÆI.

Ovim tibi, Ceres messis præses, et nondum cornutam vitulam, et rotundam in canistro placentam, super hâc areâ, super quâ sæpe ingentes, *frugum*, acervos ventilavit Critho, pinguemque vidit terræ proventum, ipse dedicat. Tu igitur, quæ grandes frugum cumulos largiris, in Crithonis campos nullum deinceps annum immittito non feracem hordei et tritici.

## 508. CRINAGORÆ.

## 508. CRINAGORÆ.

Æneam me ampullam oleo condendo, argenteæ prorsus similem, opus Indicum, pro munusculo, suavissimo sodali, tibi, fili Simonis, est enim hic dies tibi tuæ nativitat<sup>is</sup> natalis, mittit hilari animo Crinagoras<sup>a</sup>.

## 509. INCERTI.

Pascua stabulaque boum et ipsos bubsequas affligentem, *leonem*, et latratus canum haud paventem, occidit Eualces, Cretensis, de nocte pascens oves, et, *exuvias ejus*, hâc de pinu suspendit.

## 510. MNASALCÆ.

Clypeus Alexandri Phyllensis, ego sacrum donum Apollini auricomo dicatus sum. Vetus quidem est ambitus meus a bellis, vetus item umbo. Sed virtutis laude, quam consecutus sum, splendo. In prælio præsto fui viro fortissimo, qui me dedicavit; ex quo exstiti semper invictus.

## 511. NOSSIDIS.

Juno veneranda, quæ ad Lacinium thure fragrans sæpe coelo delapsa invisis; accipe byssinum indumentum, quod tibi, cum præclarâ filiâ Nosside, texuit Theophila, Cleochâ nata.

<sup>a</sup> Sed *Leonidæ* tribuit hoc carmen Kusterus ad Suidam, voc. Βάρσις.

## 512. HEGESIPPI.

## 512. HEGESIPPI.

Dianam hanc in trivio Ageloche, adhuc virgo in pater-  
 nis ædibus, hærens, filia Demareti, <sup>visu deoravit</sup> ~~dedicavit~~. Apparuit  
 enim ipsi <sup>a Diana</sup> textorium apud jugum velut ardens lucida flamma.

## 513. DIOTIMI.

O hospitatrix Diana, superveni multo cum lumine agro  
 Pollidis, et gratiosam lucem tuam, <sup>dona, quæ</sup> tam ipsi huic viro ~~tri-~~  
 bus, <sup>aliquando commodo</sup> quam ejus soboli <sup>hæsit futura</sup> præsta facilem. Non enim perfunc-  
 torie novit pondera et bilancem justitiæ, a Jove doctus.  
 Contingatque operâ tuâ, O Diana, ut Gratia per hunc  
 lucum discurrentes, injiciant levia sui vestigia florum areis.

## 514. MNASALCÆ.

Hanc tibi imaginem, divina Diana, statuit Cleonymus.  
 Cujus in vicem, O domina, præsta ipsi vitam et victum  
 capturis abundantem. Tu es enim illa, quæ montem, in  
 quo tremunt quassata ventis arborum folia, pedibus calcas,  
 acres truci canes voce accendens.

## 515. f. SAPPHUS.

Puella quamvis muta sim, dico tamen, si quis interro-  
 get, vocem nunquam sopiendam ante pedes deponens:  
 Aethopiæ, Latonæ filia, me dedicavit Aristo, filia Her-  
 moclyti,

moclyti, qui nunc infra est apud Plutonem, tuus olim famulus, domina foeminarum. Quâ acquiescens, fac gentem nostram, pro tuâ erga nos curâ, præclaram.

## 516. NICIÆ.

Ampharatræ vittæ, et undans (vel *molle*) capitis tegmen, jacent, O Ilithya, tuo super capite, in quibus olim ea te precibus implorabat, ut velles ipsi luctuosa fata a doloribus partûs procul arcere.

## 517. PHÆDIMI.

Diana, tibi, *Leo*, Cichesiæ filius dedicabat ocreas has, et Themistodice peplum minutum corpori circumvolutilem; propterea quod, quâ es indulgentiâ, ambas tuas manus super ipsius partu laborantis capite, tenuisti, adveniens, O dea, absque arcu. O Diana, fac igitur ut videamus Leonis filium, qui nunc admodum infans est, puerum suaviter pubescentem.

## 518. INCERTI.

Zonam tibi, O Latona, et floridum cypassin, et mitram mammis stricte inhærentem, dedicabat Timonassa, postquam foetûs, acutos dolores cientis, ærumnosum onus, decimo gestationis mense, abjecisset.

## 519. f. NOSSIDIS.

Diana, Delum tenens Ortygiamque amabilem, deposito casto arcu in Gratiarum sinu, lotoque Inopi undis puro corpore,

corpore, perge in ædes Alcetidis, ut eam ex acutis partûs doloribus eripias.

## 520. PERSÆ.

Veneranda infantum servatrix, <sup>nympham</sup> ~~nympham~~ hanc pulcris oculis præditam et coronam capitis e nitido unguentis galericulo factam, O beata Ilithya, serva tibi donata ab optimâ Tifide; acceptaque habe munera pro sospitatione e partu debitâ.

## 521. NOSSIDIS.

Fieri nequit quin serenâ fronte turritum hoc capitis tegmen, a comâ Samythæ detractum, et dicatum sibi, Venus acceptet. Est enim affabre, et suave spirat, tanquam illud nectar, quo et illa ipsa formosum suum Adonin perungit.

## 522. ANTIPATRI.

Comata virgo Hippe dedicabat crispas comas, quas sibi curaverat demi, delibutis unguento temporibus, suaviter fragrantés. Jam enim ipsi imminebat initiis nuptiarum suscipiendis maturum tempus. Quæ autem illi cæsariei incumbimus, tæniæ, virginitatis gratias laudamus, vel *significamus virginales eas comas fuisse, aut pulcræ virginis.*

## 523. DIOSCORIDIS.

Flabellum ob ventos, quos molles lenesque excitat, semper mite Parmenis, jucundissimam apud Vraniam, posuit

ex voto donum, gravem solis æstum lenibus suis zephyris arcens.

## 525. LEONIDÆ.

Baculus et hæc fandalia, O veneranda Venus, tibi hic jacent, spolia Cynico Psochari adempta, item ampulla scortea olei spurca, et multis pertusæ locis peræ reliquum, antiquâ turgens sapientiâ. Hæc tibi pulcher Rhodo, quum perquam sapientem senem venatus esset, frequentato tuo in atrio dedicavit.

## 526. PHANII.

Baculum, qui pedem ulterius et ulterius producit, et lorum, et ambustam ferulam, quæ tempora puerorum petulantium ferit, et anulum amplæ fenestræ, curvum, et unius soleæ foccum, et tegmen capitis crinibus nudati, Callo Mercurio regi dedicavit, insignia regiminis Puerilis, membra domitus cano labore.

## 527. EJUSDEM.

Akestondas cultellum, scripteriorum calamorum sculptorem, et, quam pro mercede tractabat, spongiam, Cnidiorum calamorum abstersorem, et regulam, rectas in paginâ lineas ducere amantem, et opus palustris cubilis nodis nexum, atramento merfile, et membranas voluminosas, et lævigatorem pumicem, et nitidum jucundumque adpectu laterculum cœruleum, dedicavit Musis Pieridibus, paupertatis

pertatis supellectilem, postquam placentam nactus est pinguem e vectigalium redemptione, cupediarum avidis gratam.

## 528. LEONIDÆ.

Haud ruptilem pedicam, arundines retentores, et retia, et curvum hoc feriendis leporibus telum, pharetram item, et hanc pertusam, capiendis perdicibus, tibiam, et bene plexum rete piscarium, Mercurio dedicat Sofippus, quia emensus plurimam ætatis partem infirmitate senili vincitur.

## 529. PHANII.

Alcimus rastellum hiantibus dentibus, et una cum eo amans <sup>rem</sup> strepitus (*lignum flagelli trituratorii*) <sup>securim</sup> fructum, sed manubrio defectam oleagineo, et funem artus boum vincere aptum, rigidum et indomitum, et destruentem concretas agri glebas malleum, et foli fossorem mucronem, et pectines tractores, et consutas scortearum scaphas egerendæ terræ, reposuit in atrio ædis Minervæ, quum in thesaurum incidisset. Alias, proculdubio valde curva dorsi spina prona migrasset ad Orcum. *Jour. in Juid. 3. p. 275.*

## 530. LEONIDÆ.

Peram, et exuvias caprillas crudas, sed sole tantum et vento induratas, (*quibus Cynicus se amiciebat,*) et baculum decorticatum, et oleariam ampullam, cui sordes strigil non deterfit, et æris expers crumena, et pileus, piacularis capitis tegmen, hæc, inquam, spolia Posocharis, ut is periit, suspendit Fames e virgulto myriceo.

## 531. PHANII.



## 531. PHANII.

Calathus hic vimineus uvis maturis plenus tibi, Mercuri vialis, in promptu hic situs est, et fragmentum pinguis placentæ in furno coctum, et ficus nigra esui apta, et alliciens <sup>cana appendiculum olivæ</sup> ad se gustandam druppa, et fragmenta orbium casei, et oblatio hordeacea <sup>farina triticea</sup>, et levi operâ ruptilis mali punici acervus, et vini haustus pastui subjungendus, quibus etiam acquiescat Venus, meum numen. Vos autem jubeo, sodales, in litore hirsutâ capellâ litare.

## 532. LEONIDÆ.

† *Diana* <sup>hoc donum paupertate datum</sup>  
 O Lathria (seu Latibula dea,) <sup>certa statio exilii</sup> accipe a mendico et parvæ farinaceæ areæ domino, Leonida, hæc pingua liba, et bene servatam (aut *asservatu facilem*) olivam, et delectas hæc <sup>ab arbore</sup> virides ficus, et de uvâ, unde bonum vinum paratur, revulsum, quinque baccis divitem trunculum, O veneranda dea, libationemque hanc ab ipso pæne cadi fundo depromptam, Quod si me, ut morbo eripuisti, ita quoque ab <sup>odiosa</sup> inimicis et egestate liberes, exspecta me capræ sanguine tuam aram tincturum.

ΑΡΤΕΜΙΣ ΛΑΦΡΙΑ. <sup>in Achæis</sup> Pausan. Inidæ.

## 534. EJUSDEM.

Deæ Intemperantiæ, et labia exercere (aut *carnes contruncare et discerpere*) amanti deo Helluo, dedicavit Disozus, Doricâ de gente oriundus, Larissæos ventricosos coctores, *cacabos*, et ollas, et vastæ capacitatis calycem, et æneam

æneam curvam fuscinam culinarem, et casei radulam, et haurire jura natum cochlear. Tu ergo, dea Intemperantia, mala dona malo a donatore admittens, indulge ipsi nunquam temperantiam.

## 535. PHANII.

Eugathius Lapithanus speculum, et amicam comis sindonem, et <sup>piles tonstrum</sup> ~~pandi radendoque~~ <sup>trigonantum quod restabat</sup> mero lupponi solitam pannuciam, et rastrum arundineum despuebat, (seu abjiciebat,) et <sup>manusque destitutos</sup> ~~sectores pinguetudinis~~ cultellos, et demtores unguium mucrones. <sup>in mare quoque projecit</sup> ~~Despuebat quoque~~ cultros ratorios, et fellam, ~~facile gestatiles atque complicatiles~~; et, desertâ tabernâ barbatoriâ, irruebat saltu in scholam Epicuri, in horto doctis. Quem ita audiebat ut asinus lyram. Et periisset profecto fame, nisi nolens volens amplexus fuisset recursum ad pristinum vitæ genus.

## 538. BACCHYLIDÆ.

Multis clara nominibus filia Pallantis, veneranda Victoria, provida Atheniensium amabilem cœtum semper observes, multasque in Musarum deliciis coronas impone Bacchylidæ Ceo.

## 539. ÆSCHINIS Rhetoris.

Desperatis hominum arteque vique, rejectâ in deum spe fiduciaque omni meâ, excessi Athenis, pulcrorum civium matre; tuumque ad lucum delatus, Æsculapi, fanatus fui tribus mensibus ab ulcere capitis, quod per annum alueram.

## 540. ADRIANI.

## 540. ADRIANI.

*In Donariis Trajani Cæsaris.*

Jovi Casio Trajanus, Æneæ soboles, hoc oblectamentum, dominus hominum domino deorum, dedicavit; duo puta retia texta faberrime, et uri bovia ornatum auro late splendente cornu, superiore de prædâ delecta præclara munera, quum invictus laceravit suâ hastâ Getas feroces. Tu ergo, qui nubes percellere vales, indulge ipsi gloriosam belli Perfici, quod præ manibus habet, confectionem; quò tibi coram in oculis posita demulceant animum gemina, hinc Getarum, illinc Arfacidarum, spolia.

## 541. INCERTI.

Causia, parabilis et commoda quondam Macedonibus supellex, tam tegmen adversus nivem, quam galea in bello, tuum bibere sudorem fitiens ego, fortissime Piso, veni, Emathica, Ausonia in tempora. Amice igitur me excipe. Forte lanæ, quæ olim Persas in fugam dabant, eadem tibi quoque sternent et subjicient Thraces.

## 542. CRINAGORÆ.

Olim quidem vere tantum florebant rosæ; nunc autem mediâ hieme purpureos rupimus calyces, tibi tuo hoc natali die lubenter arridentes, geniali thoro tam vicino. Pulcherrimæ mulieris tempora cingere melius sibi reputant, quam vernum expectare solem.

## 543. ANA-

## 543. ANACREONTIS.

Telliæ præsta vitam jucundam, O nate Majâ, tuam ipsi gratiam renumerationem amabilium, quæ ab ipso accepta coram vides, donorum rependens. Fac in Euonymeorum tribu habitet, rectum justumque tuentium, ætatis peragens fortem bonam.

## 545. DIODORI.

Me næniam insculptam huic faxo esse, super puerperâ fato præmaturâ raptâ, testatur hoc elogium, a Diodori sapientiâ conditum. Ea nempe dum puerum parit, perit. Ille vero, quam nactus in matrimonium fuit, florentem annis Athenaidem luget, Melonis matris filiam, quæ Lesbî fœminis omnibus, et patri Jafoni, dolorem post se reliquit. Tibi interea, O Diana, canes curæ erant, ferarum confectores.

## 546. PHILODEMI.

O Inonis fili, Melicerta, et tu, cœrulei ponti potens, Leucothea, malorum averruncans numen, et vos Nereidum chori, et undæ, et tu Neptune, ac tu placidissime ventorum, Thrax Zephyre: feratis me propitii per vastos fluctus volantem, sospitemque collocate in jucundo Piraëi litore.

## 547. CRINA-

## 547. CRINAGORÆ.

Sæpe quidem ætas tuâ superior, O Demofthenes, habuit audivitque claram et penetrantem vocem tubæ Tyrrenæ, super Pisæis campis terrifico boatu binas ab Eodem partas victorias significantis. At si tu Miletum patriam ternis coronis, victoriæ indicibus, ornares, non sonuisset unquam tuba ore pleniore.

## 549. ERINNES.

Admitte, optime Prometheu, pulcrarum manuum has literas: sunt enim, hominum quoque, qui tuam æquent sapientiam. Hanc certe puellam quisquis pinxerit, si addidisset sermonem, dedisset ipsam Agatharchidem.

## 550. NOSSIDIS.

Ipsa Melinna hic formata coram adstat. Vide modo, ut illex vultus! quo me clementer adspectare videtur. Quam vere et exacte filia matrem in omnibus refert! Est sane res pulcra liberos parentibus similes esse.

## 551. EJUSDEM.

Hanc Samythidis imaginem, quisquis ipsam quidem norit, statim vel e longinquo agnoscet a formâ et lineamentis, adumbratâ animi celsitudine. Vide modo, amice, sapientem; at neque despero te protinus eandem serenam et gratiosam

gratiosam quoque spectaturum esse. Salve mihi multum,  
foemina beata.

## 552. LEONIDÆ.

Filium suum Micythum in imagine rudi penicillo expressâ, mater ejus, ut paupercula, donat Baccho. Quem tu, Bacche, jubeas adolescere. Si donum est vile, fert talia simplex paupertas.

## 553. PANCRATIS.

Clionis duæ puellæ, Aristodice et Amino, Cretenses, Clionis, inquam, ejus, quæ tua est æditua, O veneranda Diana, quadrimæ, *tibi consecratæ sunt*, a matre. Fac ut ea mater bene liberis proveniat; fac tibi pro unâ ædituâ duas.

## 554. INCERTI.

Beati fitis, O infantes: cujates estis? Ecquid vobis tam venustis venustum inhæret nomen? *Resp.* Nicanor ego quidem sum, patre natus Æpioreto et matre Hegesone, gente Macedo; ego vero Phila sum, soror istius. Amboque hic stamus votivum parentum donarium.

## 555. INCERTI.

Salve mihi, mollicule cypassis, qualem olim Omphale  
Lyda solvebat, Herculi in amplexus congregiens. Beatus  
eras, et tunc temporis, et nunc es, quando Dianæ auream  
hanc ædem, *ibi dedicandus*, subis.



S E P U L-



## SEPULCHRALIA.

556. ANTIPATRI SIDONII.

*In Sapphonem.*

SAPPHONEM igitur occultas, Æolica terra, post  
 Musas immortales mortalem Musam decantatam, quam  
 Venus et Amor pariter educarunt, quicum Suada plexuit  
 semper vivum Pieridum fertum, Græciæ oblectamentum,  
 tibi gloriam. O quæ triplex circumagitis filum vestro colo,  
 Parcæ, quomodo factum est, ut immortalem ætatem non  
 attribueritis poetriæ, quæ Musis confecit dona immortalia?

557. DIOSCORIDIS. <sup>a</sup>

*In Anacreonta.*

O Smerdiæ pueri Thracis amore vel ad ultimum usque  
 os liquefacte, comeffationum et omnis tabernæ rex, ju-

<sup>a</sup> Quod ad auctorem hujus carminis attinet, notandum est,  
 ejus quatuor primos tantum versiculos *Dioscoridi* solere tribui;  
 sex vero postremos, quasi separatim integrumque conficerent  
 epigramma, *Meleagro*. In Codice quidem Bodleiano, ut in  
 illo



cundissime Musis Anacreo ! O qui super Bathyllo, acerbis sæpe lacrymis miscuisti pocula : Ultro tibi fontes ebulliant merum ; et immissa a superis fluenta nectaris, tibi ferant immortalitatem : ferant tibi ultro horti violam, zephyris amicum florem, et myrta molli rore adulta : ut vel apud Cererem vino ebrius molliter saltas, manu in auream Eurypylam injectâ.

illo Leipsiensi, sex illi postremi distrahuntur a quatuor prioribus, hoc cum titulo. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ εἰς τὸν αὐτόν. Sed cuius facile patet, quatuor illos priores invocationem tantum continere ; mancosque plane esse, et imperfectos, sine sequentibus. Aliquod etiam præcedens sequentia illa poscere sibi videntur. Quare recte, divisum carmen primus ad integritatem revocavit Reiskius, et in unum coalescere iussit. Porro ut id, occasione ultro oblata, non profus præteream, ubinam sunt odaria illa mollissima, quæ credibile est Anacreonta composuisse in Smerdiam puerum, quem scilicet adeo perditè deperibat ? Certe in poematiis illis, Anacreonti tributis hodie, nullum Smerdiæ vestigium. Anacreonta tamen hunc puerum, ut et alios, de quibus fere æque filetur in hodiernis ejus carminibus, prolixè decantavisse, vel constat, vel colligi possit, e crebris testimoniis. Antipater Sidonius, In Anacreont. Anthol. Planud. L. III. Cap. XXV. Car. 53.

Εὐδαὶ καὶ Σμέρδης, τὸ πόθων ἔαρ' ὧ σὺ μελίζων  
Βάρβιτ' ἀνεκρέε νεκταρ ἐναρμόνιον.

*Dormit et Smerdis, amorum ver : cui tu canens  
Barbite pulsabas nectar concordans.*

Idem in Eundem. Ibid. Car. 51.

## 558. THUCYDIDIS.

*In Euripidem.*

Artificioſis ignis impetibus correpta caro, mollicula et combuſta, exhalavit humorem. Sola ſuperſunt in ſepulcro multum plorato furda offa, et dolor viatoribus hac tranſeuntibus.

Ἡὲ πρὸς Εὐρυπύλην τετραμμένῳ, ἢ Μειγιῆν,  
Ἡ Κίκονα Θρηκὸς Σμερδίῳ πλόκαμον.

*Sive ad Eurypylen converſus, ſive Megiſten,  
Vel Ciconem Thracis Smerdiæ crinem.*

Simonides in Eundem. Ibid. Car. 49.

Ἀλλ' ὅτι τὸν χαρίεντα μετ' ἡϊθέοισι Μειγιῆα,  
Καὶ τὸν Σμερδίῳ Θρηῆκα λείλοιπε πόθον.

*Sed quod gratioſum inter pueros Megiſthea,  
Et Smerdiæ Thracis reliquerit amorem.*

Denique, ne plures afferam, breviter, ſed nec minus appoſite, Maximus Tyrius, Diff. xxiv. §. ix. pag. 297. Edit. Daviſ. 1740. “ μετὰ δὲ αὐτῆ τὰ ἄσματα τῆς Σμέρδιῳ κόμης, καὶ τῶν “ Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς Βαθύλλης ὄρας.” — “ *Plenæ illius Ode* “ *et Smerdiæ comarum, et Cleobuli oculorum, et Bathylli floris.*” Anne adeo totus eſt in hiſce rebus Anacreon, ut ipſarum prorfus *plenæ* ſint ejuſdem cantilenæ? Hoc quidem non hodie videmus. Quin et de *aurea illa Eurypyla*, quæ memoratur in hoc noſtro, et in illo Antipatri, nullibi mentio fit in Anacreonticis

559. SIMÆTHÆ. [SIMONIDIS.]<sup>a</sup>

Hic est sospitator Simonidæ Cei, cui, tametsi mortuus, gratiam vivo rependit. *U. D. Val. Max. l. 1. c. 7.*

560. MELEAGRI.<sup>b</sup>

*In Heraclitum.*

O mi homo, ego, Heraclitus, ajo solus invenisse instituta sapientia hæc erga patriam, omni potiora sapientiâ. Sublatâ enim voce latravi adversus cives quosdam novarum rerum studiosos, sævorum consiliorum fautores, O amice; quæ splendida mea fuit in nutritores meos gratia. Tunc igitur jam te hinc non protinus tolles? Ne, quæso, huc accedas, nam fieri possit, ut ab hac meâ patriâ tu multo, quam ego, acerbiora experiaris. Atqui salvere te jubeo ex Epheso.

creonticis hodiernis: etsi nomen ejus occurrat in fragmento Anacreontis apud Athenæum servato, Lib. xii. fol. 533. Edit. Cas. Ex quibus omnibus suspicari saltem licet, spurium esse, qui nunc circumfertur et in manibus est, Anacreonta. Id quod compluribus præterea probari possit argumentis, et suo loco probabitur. Sed hæc obiter.

<sup>a</sup> Vid. Notit. poet. Anth. p. 83. inf. Et Com. Reisk. p. 120. Sospitatorem suum, *Simætham*, laudat Simonides.

<sup>b</sup> Mollitiem facilitatemque *Meleagri* parum sapit hoc carmen. Sed tenemus Titulum quem dant Codices.

561. *In*

561. *In Epicharmum.*

A Doricâ Musâ instructum Baccho et Satyris, Siculum Epicharmum hic teneo.

568. *In Marcellum Siditem qui quadraginta Libros scripsit Carmine heroico.*<sup>a</sup>

Marcelli hoc est monumentum, medici inclyti, viri illustrissimi et diis immortalibus cari, cujus libros in publicâ bibliothecâ pulcræ Romæ dedicavit Adrianus, priorum præstantissimus Imperatorum, et filius Adriani, valde excellens Antoninus. Ut et ad posteros inclytum ejus nomen esset propter eloquentiam, quam ei dedit Phœbus Apollo. Carmine enim heroico cecinit remedia morborum, libris doctis, Chironiam artem tradentibus, quadraginta.

## 569. ANTIPATRI SIDONII.

*In Prexo Samiam.*

A. Ede, mulier, genus, nomen, patriam? B. Callitem habui patrem, nomen Prexo est, patria Samus. A. At vero sepulcrum hoc quis condidit? B. Theocritus, qui olim tacta nulli meæ solvit vincula virginitatis. A. Quomodo obiisti? B. Ex partûs doloribus. A. Ediffere porro,

<sup>a</sup> Exemplar hujus Anthologiæ Kusterianum, quod profectum fuit ab illo regio Parisiano, præstat in hoc Titulo Σιδίτην τὸν ἰατρόν. Apud Kusteri *Suidam*, v. Μάρκελλο.

quam

quam ad ætatem perveneris? B. Ad bis undenos annos. A. Improlis ne? B. Non, amice; reliqui enim infantem Callitelem trimum adhuc puerulum. A. Veniat ille opto ad felicissimam pubertatem, (aut *f. senectutem.*) B. Tuam vero vitam, viator, prospero secundet fortuna successu rebus in omnibus.

## 571. ANDRONICI.

*In Damocrateam.*

Miseranda igitur adiisti tenebrosas Plutonis sedes, Democrateâ; caræ tuæ matri relicta lamentis; quæ, te mortuâ, canos recens acuto ferro sibi detondi curavit cincinnos de vetulo capite.

## 572. MNASALCÆ.

*In Locustam Democriti.*

Locustam Democriti, ex alis canentem, exanimatam, hæc argilla tenet apud longam viam, (seu *præter viam publicam,*) cujus a canorâ voce, si quando inciperet carmen, admodum serâ vesperâ (aut *totis noctibus continuatum*) canere, tota domus resonabat.

## 573. MARCI ARGENTARIII.

Locustæ et cicadæ posuit hoc monumentum Myro, merâ super ambabus aggestâ arenâ, non absque lacrymis, desiderium prodentibus, apud rogum profusis. Nam cantorem quidem Pluto, cantricem vero rapuit Proserpina.

## 574. ARCHIÆ.

## 574. ARCHIÆ.

*In Delphina eiectum e mari in littus.*

Non amplius per falsi maris æstuans profundum rapide pervadens, O delphis, terrebis greges piscium; neque ad melodiam scite pertusæ tibiæ desultans, ejaculaberis in altum agilem subsultum apud naves. Te enim proculdubio e-motus fluctus, Maleæ promontorio immanitate par, in litus extrudit <sup>a mari fluctibus verberatum</sup> ~~planctuosum~~. Neque deinceps, ut olim, Ne-reidas dorso tuo sublatas <sup>incognitas</sup> ~~absque lenitu~~ vehes in <sup>littus</sup> ~~regnum~~ Tethydis.

575. ANYTES *Poetriæ.*

*In idem.*

Non igitur amplius naves vehentibus in fluctibus memet delectans, in sublime ejaculabor cervicem, e fundo maris excitus; neque apud navis scalmis ornatae venustissima labia efflabo sonorâ vi undas, meis memet oblectans faucibus. Nam purpurea ponti adspargo me propulit in continentem, ubi jaceo hoc in litore undis attrito.

## 578. HEGESIPPI.

*In Naufragum quem piscatores sepeliverunt.*

E mari extrahebant reti piscatores semesum virum, lamentabile navigationis eiectamentum. Neque tamen lu-

crum injustum confectabantur, sed ipsis cum piscibus eum hâc sepeliebant exiguâ sub arenâ. O terra, totum jam habes illum naufragum. Nam pro illâ, quæ ipsi deest, carne, tenes pisces, ejus helluones.

## 580. THEONIS ALEXANDRI.

*In Lenæum naufragum.*

Alcyonibus, O Lenæe, curæ nunc es proculdubio; tua autem mater incassum luget, te cum luget super infelici tuo cenotaphio.

## 582. NICHOMACHI.

Hæc est, hæc, inquam, Elatea. At quamnam significo? Illam, *urbem*, quam olim derepente obruens terræ motus dejecit funditus, relicto superstite perexiguâ tantum sobole. Nos autem, qui tum periimus, jacemus, amictam nobis habentes patriam pro cippo sepulcrali.

## 583. INCERTI.

*In Abrotonum matrem Themistoclis.*

Abrotonum eram, Thressâ. Nihilominus tamen ajo me magnum Themistoclem Græcis peperisse.

585. *In Mulierem sapientem et univiram.*

Hoc mihi sepulcrum maritus donavit, custodiâ dignam nostræ pietatis coronam. Linqvo autem, in thalamis mariti,

riti, chorum celebrem liberorum, fidelem castitatis, quæ vitam meam ornavit, testem. Univira morior, quæ decem vixi annos marito juncta, fructumque prolis egregiæ percepi.

587. *In Proclum<sup>a</sup> et Syrianum Philosophos.*

Proclus ego Lycius, quem Syrianus hic loci nutrit, successorem scholæ suæ. Ambos unus habet tumulus. Utinam unus quoque locus teneat amborum animas.

588. *In Paterium filium Miltiadis et Atticæ, Atheniensem.*

Paterium animi jucundum, amabilem, nactus est tumulus: Miltiadæ carum filium, et Atticæ gravi fortunâ usæ; Cecropiæ terræ germen, de celebri gente Æacidarum, plenum legum Romanarum et omnis omnino sapientiæ; quatuor virtutum splendorum omnes gerentem; juvenem gratiosum: quem rapuit fatalis necessitas, velut ventus ramulum delectabilis formæ de solo abripit, quum excederet modò annum ætatis quartum ultra vigesimum: relinquens caris parentibus lamentationem et luctum intolerabilem.

589. *In Sabinum.*

Hoc tibi habe, optime Sabine, magnæ nostræ amicitiae monumentum, parvum lapidem. Ego quidem te nunquam

<sup>a</sup> Auctorem carminis. Ut patet ex *Procli Vita*, apud Textum supra citata.



non desiderabo. Tu vero, si modò fas est et fieri potest, apud inferos ne illam haurias Lethææ undæ particulam, quæ tibi mei memoriam deleat.

590. *In Adimantum.*

Hic est illius Adimanti tumulus, cujus consiliis usa Græcia, libertatis coronam suo vertici imposuit.

591. SIMONIDIS.

Etiamsi me, tuâ manu cæsum, terrâ abscondas, tanquam nemine vidente; at videt tamen, quæ contingunt, omnia justitiæ oculus.

592. INCERTI.

*In Zenodotum<sup>a</sup> Equitem Prætorianum Adriani.*

Quicumque tandem fueris, spectator, hunc nosce tumulum marmore scite sculptum, herois magni exanimes oculere exuvias Zenodoti; anima enim ejus in cœlo versatur cum Orpheo. Erat eques prætorianus Imperatoris, strenuus, spectatus, sermonis sanus et integer, diis similis. In disputando præstabat Romæ Socratem alterum. Relictâ

<sup>a</sup> Græca habent, *Zenodotum filium* τετραμένανης. Ubi vides ineptias Græculi cujusdam grammaticastri. Qui cum reperiret in suo codice, carminis hujus initium, τις μὲν ἂν ἦς, corrupte scriptum, confecit exinde, τετραμένανης nomen fuisse Matris Zenodoti.

liberis paternâ splendidâ hæreditate, obiit viridi fenectâ; relictoque immani dolore cognatis, amicis, urbi, et civibus.

593. ZONÆ, sive DIODORI, SARDIANI.

O Aïdes, qui juncosæ hujus paludis per undas remo agis, multâ cum æumnâ, cymbam umbrarum; Cyniram recipe, O atre Charon, porrectâ manu illi, qui jamjam scalam, quâ e cymbâ descenditur, excessurus est. Vulnerant enim puerilis umbræ pedes sandalia; calcem vero nudam metuit ponere in litorali arenâ.

594. ANTISTII.

*In Menestratum, Menandrum, et Dionysium, Athletas.*

Aoï ostia, in Cypro, te, Menestrate, hauserunt, et procella apud Carpathum te, Menander, et fretum Siculum te, Dionysi; hem tantum Græciæ dolorem, omnibus præstantiores, gymnicos victores!

595. ANTIPATRI.

*In sponsum quendam in thalamo extinctum* <sup>a</sup>.

Egerii, Itali, me oportet cadaver appellare, cui sponsam arcessenti spissa oculos suffudit nubes, simulque cum luce

<sup>a</sup> In Bodleiano Codice, invicem tituli permutantur hujus et sequentis epigrammatis. Id quod ejus in margine notaverat manus, ut puto, magni Bernardi. Idem etiam in Leipfienſe

spiritum exstinxit, conspectâ solummodo sponsâ. Poterasne, sol, tantam spectare coelitus immissam calamitatem? Malam in rem utinam abiisset illa tæda invida, seu Hymenæus eam invitus, seu Pluto avidus accenderit.

## 596. ANTIPHILI BYZANTII.

*In Fæminam gravidam, inter terræ motus collapsa domo, parientem.*

Concussæ ædes super me corruerunt, recto perstante meo thalamo, parietibus, qui eum ambibant, recta concussis; sub quibus, velut in antro, latenti mihi superveniebant infelices partûs dolores: Unde fiebat, ut communi terrori ego alium privatum adderem. Obstetrix puerperii mei tum ipsa erat natura; et ambo nos, *mater et infans*, simul in dias luminis auras emergebamus, ambobus communes.

## 597. ERYCII.

*In Parthenium Phocea, Homerum probris exagitantem.*

In Parthenium, impurum os, etiamsi tumultatum, defundite nihilominus tamen picem, amici; propterea quod Musas conspurcavit abnormi illâ bile et illoti oris fordibus, elegis illis. Quid, quod eo excessit insaniz, ut appellaret

fiese contigisse testatur Leichius, Carm. Sepulchral. ut supr. p. 23. Sed pudet referre, multo magis minute confectari, quæ cum librarii tum grammatici peccaverint, in hisce lemmatibus aut transcribendis aut affigendis.

Odyssæam

Odyſſeam cœnum, et Iliadem ſenticetum? Quapropter a Furiis tenebrarum incolis, in medio ſuſpenſus Cocyto, ab injecto collari ſtrangulatur.

598. ALIUD. [APOLLONIDÆ.]

Præceſſit Heliodorus, ſecuta eſt paulo poſt maritum cara uxor Diogenia. Ambo nunc ſepulcralibus carminibus, ut olim hymenæo, celebrantur a ſtantibus ſuper laminâ marmoreâ ipsis impoſitâ, communem amplexi tumulum, ut olim thalamum.

599. ANTIPHILI BYZANTII.

*In Mare in Dicæarchia.*

Dic, Dicæarchia, quam ob rem tantum projectum habes aggerem in mare, mediæ æſtûs experientem impetus? Cyclopumne manus condiderunt in pelago hæc mœnia? Terra quouſque tandem vi producitur? (aut *per vim ſemet profert?*) *Reſp.* Terrarum orbis capio claſſem. Ecce tibi Romam in viciniâ. Habeo igitur portum ejus ſpatio parem.

600. CRINAGORÆ.

*In Tumulum Eunidici.*

Eſt cippus Parii marmoris eſt, rectamque ad amuſſim lapidarii cæſus et politus, ſignum tamen non eſt viri probi. Noli e marmore, O bone, de ſepulto hoc iudicium ducere. Brutum eſt marmor, quo cadaver tenebris meſum omne premitur.

premitur. Sub hoc quidem jacent, et putent ad favillas re-  
ductæ, viribus cassæ exuviæ, et lacinia veluti, Eunidici.

## 601. PHILIPPI.

Heros Protefilæ, tu profecto primus Trojam initiasti  
experimentis animorum Græci mucronis. Quotquot apud  
tumulum tuum arbores in procerum adoleverunt, omnes  
tuam adversus Trojam iram extrudere parturiunt. Quando  
enim Trojam adspiciant, a summis inde germinibus exa-  
rescunt, foliorum honore a se repudiato. O quantos fer-  
buisse tibi animos adversus Trojam necesse est, quum vel  
stipites tuam erga hostes similitatem fervent?

## 602. BASSI LOLLII.

En adsum ego Niobe, illa toties in faxum versa, quoties  
mater infelix candidum lac mammis eliquavi, (seu *quoties*  
*peperi.*) Plutonis nunc est illa, quondam uteri mei beata  
copia, cohortes liberorum enixi. O magni rogi reliquiæ!

## 603. EJUSDEM.

*In Germanicum Cæsaris Nepotem, patrem Neronis.*

Janitores inferorum, omnes ad Plutonem vias obstruite,  
et, O portæ, seras foraminibus habeatis insertas. Ego  
ipse, Pluto id edico. Germanicus ad astra pertinet, non  
ad me. Tantam navim, quantâ ille vehitur, Acherò haud  
capit.

## 604. DIOCLIS

## 604. D I O C L I S C A R Y S T I I .

Non me occulatis pulvere. Quorsum enim? Neque ex alterâ parte hoc in litore terram mihi haud invidendam ex debito injiciatis. Sævitas in me mare, et vel in ipsis desertis litoribus invenire me Orci civem novit. Et continenti mare mei causâ cedit, et de irâ suâ remittit. Adeoque apud fluctus maneo in perpetuum insepultus.

## 605. P H I L I P P I T H E S S A L O N I C E N S I S .

Me, *lapidem molarem*, molitor, et, vitam dum ageret, habuit graviter streperum versatilemque lapidem, divitis frugum inventricis Cereris ministrum; et jussit post fata sua me sibi super hoc tumulto poni, artis insigne; quo semper haberet me sibi gravem, cum vivus in artis exercitio, tum mortuus super ossibus.

## 606. A N T I P H I L I .

*In Eteolcen et Polynicen.*

Seorsim oportuerat filios Oedipi, et quam remotissime unum ab altero tumulari, quorum discordiæ ipsa mors finem non facit. Vel ad Acherontem eâdem pergere cymbâ renuunt: detestabilis pugna vel in mortuis ipsis vivit. Vide mihi modò hanc inæqualem rogi flammam, quæ accensa uno e fundo geminum vergit in divergium.

## 607. ANTIPATRI.

*In Lyfidicen Anum, quam domus ruina oppressit.*

Hibernâ nive circum fundamenta domus liquefactâ, corruit ipsa, et anum occidit Lyfidicam, cui monumentum humo aggestum æquales coloni non condidere, sed turrim, cujus ruinâ perierat, ejus esse tumulum siverunt.

## 608. THEODORIDÆ.

*In Euphorionis Tumulum.*

Euphorio, admirabilia carmina pangere doctus, hic jacet apud Piræï *Longa Crura*. Tu igitur sacerdoti punicum aut vulgare malum objecta, myrtumve. Nam adhuc vivus quoque amabat.

## 609. DIOSCORIDIS.

*In Sapphonem.*

*amoris ministram juvenibus amore inflammatis*  
 O Sappho, ~~five te florens hederis Helicon cum Musis~~  
~~æquatam habuit, seu~~ *florens hederis*  
 Pieridibus tenet, Ereffi Æolicæ Musam, ~~flavissimum an-~~  
~~Helicon ornata, sonantem~~  
 quid ad accendendos in amorem juvenes sonantem, quod  
 Musarum cantui non concedat: five Hymen Hymenæus,  
 venuste splendentem tædam manu tenens, tecum genialibus  
 adstat thalamis: five tandem cum Venere, tenellum Ci-  
 nyrae ramulum excisum lugente, elegos tuos misces in fa-  
 ero deorum luco: Quâcunque tandem ratione, tu mihi  
 falve,

falve, veneranda. Cantus enim tuos habemus adhuc filias tuas, non minus, atque dii sunt, immortales.

610. EJUSDEM.

*In Thespida Tragædum.*

Hic est ille Thespis, qui tragicam poësin primus con-  
finxit et instituit; novas excogitans hilaritates et antea in-  
suetas paganis hominibus, quoties Bacchus rusticanam tur-  
bam in urbem reduceret, cui musti uter, et Atticis plena  
ficibus fiscella, præmium adhuc erat. Recentiores quidem  
homines aliam induerunt formam meo dramati; et adhuc  
alia plura instituta introducet longum ævum. At reliqua  
tamen mea sunt.

611. EJUSDEM.

*Responsum ad præcedens.*

Vera ais. Thespidis inventum omnino sunt hæcenus  
dicta. Æschylus autem ludos illos per rusticanos lucos, et  
subincultas adhuc illas atque rudiuscultas comestationes  
auxit, majestate eò, quòd non verba exaravit, calamo<sup>a</sup> sub-

<sup>a</sup> Quali sc. usus erat Euripides. Innuit certe Poeta lenem  
limatumque, sive *rasum*, Euripidis stylum; et quasi obiter op-  
ponit graviori illi et audaciori Æschyli. Aliter vidit hoc car-  
men, lectione valde probabili, sed minus vera, deceptus, Cl.  
Bentleius. Diff. Phal. Epist. p. 233. Egregie, ut crederes,  
suoque caractere, v. *σμιλευτὰ* denotat et distinguit Euripidem.  
At nec dubito, quin hic fatyrico sensu vox adhibeatur illa.  
Etenim vapulabat a Comicis Euripides, ob dicendi genus

*σμιλευτὸν,*



tiliter raso ingenii castigati, sed veluti torrente in chartas effudit, omnemque scenæ faciem novo induit habitu. O os antiquos inter omnes solertissimum! Eras proculdubio femideorum aliquis.

614. ALIUD.<sup>a</sup>

Meleagrum ego teneo, amice, Eucratis filium, qui cum Amore et Musis conjunxit suaviloquas Gratias.

σμιλευτόν, quod interpreteris etiam, subtile, acutum, sententiis philosophicis frequentatum, ideoque a captu vulgi remotum. Recte notat Reiskius [Comm. ad Loc.] aliquid ultra populi sensum, subtilius et acutius excogitatum, Græcos per contemptum dixisse, *δισμιλευμένον, tanquam cultro accisum et rasum.* — “*Longe aliter, inquit epigrammatista noster, Æschylus, nobili quadam grandiloquentiâ, facundiæque liberioris venâ, notabilis, et qualis torrens effusus, &c.*” Porro, locus festivus Alexidis Comici, indicante Reiskio, servatus ab Athenæo, peropportune facit ad rem. Ed. Casaub. p. 161.

— Πυθαγορισμοί, ἢ λόγοι  
Λεπτοί, ΔΙΕΣΜΙΛΕΥΜΕΝΑΙ τῶ φρονήδῳ  
Τρέφῃσ' ἐκείνῃς. —

“*Pythagoræ rationes, ac orationes subtiles, EXACUTÆQUE*  
“*SCALPRO orationes, illos alunt.*”

<sup>a</sup> Ipsi *Meleagri* contendit esse Em. Martinus, Epist. I. 186. Sequens etiam *Meleagro* tributum video. Sane neutrum tanto artifice indignum.

## 615. ALIUD.

## 615. ALIUD.

Prima mihi Gadarenorum inclyta civitas patria fuit. Venerabilis deinde me Tyrus excepit, et tenuit ad virilem adultum ætatem. Ut senium adii, Cœs illa, quæ ipsum aluit Jovem, me quoque Meropum civitati adscriptum aluit. Musæ autem, facilis venæ largitrices, me, Eucratis filium Meleagrum, mellitis ornatum Gratiis, fecerunt humani generis delicias.

## 616. ANTIPATRI.

Quæro, quam ob rem tuo in cippo, O Lyfidice, quisquis id fecerit, inciderit sculptam hanc sententiam, aut hoc *emblema*. Nempe lora, et capistrum, et, natum apud Tanagram avibus fertilem, gallum, avem acrem, pugnas ciere amantem? Quæ quidem neque delectare solent, neque decent, foeminas domisedas; quarum potius exercitium sunt colus et juga textoria. *Resp.* Avis de nocte vigil et canora loquitur me mature ad lanificia surgere consuevisse; frena dicunt<sup>a</sup> me familiam fuisse moderatam; capistrum autem significat<sup>A</sup>, me non fuisse garrulam, non dixisse commissâ secreta, sed amabili abundasse taciturnitate.

## 617. EJUSDEM.

Ne mirere, amice, Myronis in cippo conspiciens flagellum, noctuam, arcum, cæsum anserem, acrem canem. Arcus quidem intentam moderatricem domûs indicat,  
canis,

canis vero matrem sincero affectu et curâ salutis liberorum prospicientem; flagellum, non exitiosam familiæ, neque incuriam humani divinique juris heram, sed justitiæ observantem castigatricem peccatorum; anser, custodiæ domûs invigilantem; noctua, cæsiæ Minervæ, *lanifici numinis*, ministram. Talia me delectabant vivam opera. Maritus propterea meus Bito talia insignia meo cippo insculpi curavit.

## 618. EJUSDEM.

Dic leo, taurorum helluo, quam ob rem stas hoc super tumulo, divaricatis cruribus? Quis virtuti tuæ comparari dignus erat? *Resp.* Teleutias, Theodori filius, tanto reliquis viris præstantior, quanto ego feris præstare reputor. Non nullam ob rem hic adsto, sed strenuum viri animum significo, qui hostibus leo erat.

## 619. EJUSDEM.

Videamus, agedum, quinam premat hic cippus mortuum. Atqui video nullas insculptas saxo literas, earum vero loco novem talos jactatos, quorum quatuor quidem primi significant Alexandri jactum, alii vero Ephebum, quæ ætas juventutis ad maturitatem progressæ flos est. Unus Chium significat, seu *unionem*, nullius valoris. Ista voluntne id dicere? Tam sceptris qui superbus, quam qui juventute florens, eo tandem evadunt, ut nulli uspiam sint. Si minus hoc signant: isto videor mihi metam contigisse, tam recto telo, quam Cretensis aliquis sagittarius. Erat nempe sepultus Chio oriundus, Alexander nomine,  
in

in ætatis flore extinctus. O quam bene significavit, quisquis ille fuit, per talos mutos juvenem indiscrete sublatum, et temere projectum spiritum.

## 620. M E L E A G R I.

*In Antipatrum Sidonium.*

O cippe, cujus in rei significationem trux gallus existat in te, gerens faxeâ sub alâ sceptrum, correpto pedibus ramo victoriæ indice, extremo autem super gradu vergit ad ruinam pronus talus? Proculdubio virum principem sceptri potentem, bellis victorem, oculis. At quid sibi vult ludicrum istud, talus? Et quorsum tumulus ornamentis nudus? Talis nempe ornat, ut decebat, virum paupertinum, cui opus est galli ad cantum surgere. Non puto, non enim hoc condicit sceptrum. Igitur abscondis victorem gymnicum, pedum velocitate palmam consecutum. Neque sic quidem rem acu tango. Nam quid celeri cursori cum talo commune? Intellego jam, in verum nunc tandem incidi. Phœnix non palmam significat, victoriæ præmium, sed patriam viri, superbam Phœnicum matrem, multis pueris abundantem, Tyrum; et gallus, fuisse humatum, quum viveret, sonorâ voce præditum, et cultorum Veneris primum, Musarumque artificiosum cantorem. Sceptrum, eloquentiæ, quod ille tenuit, regnum indicat; talus tamen, a casu eum exspirasse vino madidum. Indicia defuncti hæc quidem sunt; nomen ejus autem dicit basis lapidea, scilicet Antipatrum, fortibus natum majoribus.

## 621. DIOSCORIDIS.

Quis recens dereptos hâc suspendit e quercu clypeos ?  
 Cujusnam domini gerit inscriptum nomen Dorica pelta ?  
 Plenus est Thyrææ ager sanguine, <sup>us, et</sup> et bellatores nos duo  
 de copiis Argivis sumus hic superstites. Lustra prostratum  
 ferro corpus omne Spartanorum ; numquis adhuc spirans  
 in arenâ Martis derelictus patriæ suæ claram gloriam fur-  
 tim et nequiter comparaverit. At siste gradum. Laconum  
 victoria hic super scuto se adesse proclamat in grumis cruo-  
 ris Othryadæ, et facinoris auctor palpitat hic in proximo.  
 O generis nostri auctor Jupiter, averfare, despue, perde  
 odiosa indicia belli, cujus victricem fortunam nos non tu-  
 limus.

626. *In Urbem Myrorum. Sc. Myram, Lyciæ.*

Hunc pulcræ urbis murum suscitavit Marcianus Impe-  
 rator, suafu Præfecti Palladii, dirigente structuram solerte  
 Artemione ; quo factum, ut urbs postliminio recuperaret  
 tandem aliquando antiquos suos terminos.

628. *Epitaphium, Nicææ exstans, prope Lacum. In  
 obelisco.*

Specta, O Nicæa, tumulum vertice cœlum ferientem,  
 pyramidem soli vicinam, quæ clarum, dum viveret, Sacer-  
 dotem premit, immenso abditum monumento. Tantum,  
 quantum vides, monumentum est Sacerdotis, est Severæ,  
 cœlo magis, quam Averno, propinquorum.

## 629. ALIUD.

## 629. ALIUD.

Coelum feriens hoc est monumentum, et aureus radius  
(*velut solaris, hoc est pyramis auro clusa,*) viri, qui æqua-  
lem vitæ, astris contiguum, nactus est tumulum. Ille tu-  
mulus fert in se virum, cui alius non par, sacerdotem cœ-  
lestium initiorum; eum qui prostratam humo relevavit pa-  
triam, eum qui et sapientiæ et eloquentiæ summos tulit  
honores; eum denique, cujus de exuviis secum contende-  
runt, quæ ossa rogo imposuit, terra Attica, et, quæ recu-  
perata sinu suo condidit, patria.

## 632. ALIUD.

Unis ambo nuptiis celebratis, coluerunt communem vi-  
tam, neque, quippe vel post fata suum haud immemores,  
seorsim cubant; sed tuam quidem, Sacerdos, vitam, et  
initia, quibus vacasti, et reliqua opera viro digna, celebra-  
bunt ad novissimos usque soles: me vero, Severa sum, et  
maritus, et filius, et animi mores, et forma, reddent ve-  
tustâ Penelopâ celebratiorem.

## 633. CYRI Poetæ\*.

*Encomium in Theodosium Regem, juniorem.*

Omnia refers præclara facta Ajacis, O rex, absque  
clandestinis furtivis amoribus. Arcu vales, ut Teucer,

\* Ex hoc titulo patet, auctorem carminis illo de genere  
hominum fuisse, quales frequentes ea ætate vidit aula Con-

neque tamen tua origo est ignobilis. Æquas Agamemnonem spectabili formâ, vino tamen mentem non emovente. Quoad sapientiam Ulyssi te parem prorsus et æqualem iudico, sed malis dolis vacuum. Cani Nestoris mellito eloquio non cedit illud, quod tuis a labiis manat, O rex, vel antequam tempus videris tertiæ hominum generationi contiguum.

## 634. ALIUD.

Testes in ponto unde inveniam, dicite scopuli, dicite vos immanes undæ, quantis conflictati fuerint procellis. Rupta navis, prostratus malus, merfa carina, farcinæ perditæ.

635. *In Castro Lindi in Montis vertice.*

Es quidem, O Atrytone, *Minerva*, O tu antiquæ Lindi gloria, nacta sedes in cacuminibus cœlestibus; est tamen in terrâ amabili major fama virginis, quæ glauco dono abundat, aut *eam implevit*. Nunc enim te clarâ voce ciet

stantinopolitana; qui nempe Musas ad quæstum conferebant, et condendis carminibus, iisque imperatori festis præsertim diebus in publicum prodeunti porrigendis, operam locabant. De significatione et origine vocis *ποιστης*, sæculis illis sequioribus, docte egit Reiskius ad Constantin. Porphyr. Ceremon. p. 139. C. 1. et 159 B. 2. Solenne erat apud orientalium gentium principes, tum etiam ab antiquissimis Arabum Calipharum temporibus, Poetam asseclam, et quasi e quotidianis ministris, habere.

nitens

nitens jucunda regio Minervæ, videns fructiferas oleas, quas Minervæ præclarum donum dedit Nireus gratiofus largitor, tum, quum dotium suarum illi quasdam impertiret. Melius nempe in terrâ Celei et Icarii excolere pinguem oleam.

636. LEONTIS Philosophi, *vocati* GRÆCI<sup>a</sup>.

*In Seipsum.*

Bene mihi facis, fortuna, eo quod dulcissimo, quale Epicurus laudat, a negotiis otio me foves, quod quiete me mulces. Quorsum enim mihi turbas hominum negotiosas, curis offertas? Nolo divitias, amicum cœcum, ab hoc ad illum desultorem. Nolo honores, nugax, hominibus illudens, insomnium. Procul hinc caliginosum Circes antrum. Dedecori enim mihi duco, cœlestis qui sim, glandes tamen, ut porcus, edere. Odi Lotophagorum dulcem cibum, oblivionem patriæ facientem. Averfor inimicarum Sirenum cantus, quibus auscultantes ad se a recto tramite devertunt. Sed cupio habere divinitus datam herbam, quæ fervare mentem novit, moly, abactricem pravaram opinionum; et clausis accurate cerâ auribus, innatos animi affectus vitare. Hæc scriptis et ore profitens, attingam velim vitæ finem!

<sup>a</sup> Sc. Ethnici, Græcorum ritibus addicti, a fide Christiana alieni. Patet, hoc a Christiano quodam homine appositum fuisse.



## 637. CONSTANTINI SICULI.

*In ejus Sedile.*

Siquidem doctus homo es, licet, huc confide; quod si autem Musas vix extremis digitis attigeris, procul suadeo hinc abi, et alibi tibi quære sedem. Nam ego quidem super me non soleo ferre recubantes, nisi viros doctos.

## 638. THEOPHANIS.

*Responsum ad præcedens.*

Ecquid autem eximium habes, O gloriose, quapropter doctos ames, rudes autem arceas? Aurum quidem non geris, non argentum, non ebur; sed fabri te composuerunt eloquii rudes, et a Vulcano alieni; quò esles sufficiens tam doctis quam indoctis sedile.

645. *In Tabulam.*

Deberent, O Palamedes, ossa tua ferrâ secta formari in illius artis, quæ de bello nomen habet, instrumenta. In Martis enim arenâ bellum aliud tuo inventum ingenio monstrasti; bellum inquam amicum in campo ligneo.

## 647. PALLADÆ.

Tacite trans mitte vitam ærumnosam, ipsum tempus silentio imitans. Late, dum vivis, ni vivus feceris, post mortem tamen vel ingratiis latebis,

648. *In*

648. *In Chio.*

Modò te, Protarche, florentem juvenilibus operibus adolescentiæ in gymnasiis se exercentis, et gaudentem datis a juvenum cœtu pulcherrimis coronis, pater tumulo condidit, super ossibus tuis aggesto; qui paullo ante te, gravi maceratus dolore, brevis ævi filiam Iñiadem luxerat. At idem pater, post immanes ejulatus, novum accepit vulnus, uxore amissâ. Vobis ille omnibus faxea hæc monumenta exstruxit. Per Orcum exutus spe senii vestris solatiis olim erigendi.

649. *In Creta.*

Taleorum montium inspector familiaris, fili Majæ, Mercuri, serenâ fronte admitte libationem vini hanc et victimam, quorum liquoribus Salonius Menas te honorat, sancto de peculio paupertina dans munuscula. Olim quidem, Zoë uxore adhuc vivente, honorabat quotannis cum eâ fundos tui juris. Verum, quod ultra terminum dilato nomine, debitum hoc anno evoluto sacrificium non reddidit, castissimâ uxore viduatus, concepto inde gravi dolore, gnarus habendos diis immortalibus honores esse, geminam hanc tibi præstat victimam. Quem tu igitur, potens rerum omnium Eriuni, salvum et sospitem conserves, quò lucum tuum totâ vitâ honoret. *Vid. D'Orvilleij Char. Aphr. p. 492.*

## 651. PHILODEMI.

## 651. PHILODEMI.

In recessibus cordis geminum foveo amorem, Romanæ unum, et Corinthiacæ alterum; quarum illa quidem matronæ mores et ingenium affectare novit a capite ad calcem. Hæc vero effusim præbet suû copiam, omni Veneris genere lubenter imitans figuras Elephantidis. Talium igitur alterutram si jussu tuo deberem optare, Piso, Corinθο adhærerem; Romanam Gallo permitterem.





## M I S C E L L A N E A.

### 653. ANTIPATRI THESSALICI.

**C**OHIBETE deinceps, O pistrinariæ puellæ, manum molæ versatricem : altum dormite, gallo frustra auroram nunciante. Puellares enim Ceres jam Nymphis curas injunxit, quæ in summam desultantes rotam, axin ejus circumagunt, qui cum radiis suis in orbem revolutus, quatuor lapidum molarium cava pondera circumtorquet. Gustamus igitur rursus antiqui sæculi voluptatem ; absque labore, Cereris opes consumere docti.

### 654. ANTIPATRI MACEDONIS.

Insulæ desertæ, frustra continentis, sonorâ zonâ maris Ægæi comprehensæ, imitatæ estis Siphnum et squalidam Pholegandrum, infelices, pristino splendore amisso. Fatum proculdubio suum vobis impertivit olim clara Delus, ut semel auspiciam fecit fortis solitudinem inducentis.

655. DIOSCO-

## 655. DIOSCORIDIS.

Tibiæ fumus, ab Hyagnide Phryge tunc factæ et in usum missæ, quum, deorum mater prima, sacra in Cybelis, Phrygiæ monte, ederet; et prima, nostram ad vocem, nodo solveret auris permittendam comtam comam vecors sacerdos, Idæi pulvinaris ministra. Non diffitemur, nobis abusum pastorem Cælænitam olim cecinisse quod placeret, quamvis invitis Musis. At eum in artis leges peccasse monstravit initum cum Apolline certamen.

## 656. LEONIDÆ.

Aquæ Cutiliæ te, Cæsar, natales tuæ nativitatis obeuntem, velut scaturiente abundant cumulo medicinæ et salutis; quò te totus terrarum orbis ter avum videat, ut ternæ vidit prolis patrem felici partu editæ.

## 657. EJUSDEM.

*Membranas nitidas*  
 Scapos, rotulos, mihi chartarum fulcis inæquales, unà cum calamis misisti, Dionysi, donum ripæ illius, quam Nilus alluit. Atqui memineris, deinceps Musarum cultori instrumenta non mittere inutilia. Quis enim his usus sit absque atramento?

## 658. EJUSDEM.

## 658. E J U S D E M.

Nilus<sup>a</sup> festum agit diem apud ripam Tiberidis, ex voto sacrificii ob servatum Cæsarem. Centum ergo taurorum præbitas ultro cervices cruentant secures, apud aras Jovis Capitolini.

## 659. E J U S D E M.

Et acre iudicium tibi est, Pappæ, scientiâ rerum excultum. Et mores in amicitia constantes. Propterea tibi, natalem diem festâ cum hilaritate celebranti, donum hoc Niloticus poeta mittit.

## 661. M Æ C I I.

Huc ades, domine, inscende in lacum celeri saltu ad uvas calcandas, opus auspicare de nocte peragendum; riga pedem agilem musto; accende hortationibus orbicularem per lacus desultationem, semicinctio levibus genibus præligato: liquidum deriva vinum, O bone, vacuas in ferias, inter sacra celebrata cum libis et fetosâ capellâ.

## 662. A N T I P H A N I S.

Si quem tibiæ carmen non delectat, non suavis sonus canticorum, non vetustus nectareus Bacchus, non leves

<sup>a</sup> Viri nomen est.

*tada convivia, unguenta, sed*  
 pineæ coronæ; contra vero, macris victitans dapibus,  
*clanculum digiti computat edaces*  
 in arca deponit curvis digitis clam præreptantes rosos usu-  
 ras; ille pænes me quidem vivis excessit, et transeo curis  
*genium semper defraudans*  
 confectum, cadaver, quod gulæ non suæ deparcit.

## 663. GEMINI.

Sum paliurus, hispidum lignum, ut par erat in sepi.  
 Quis me vero dicat nullius frugis, quæ frugiferas arbores  
 custodio?

## 664. CRINAGORÆ.

Etiam si Hyrcanum ad finem, aut ad extremum Soloën-  
 tem et Libycarum Hesperidum fimbriam, seu *oram mariti-*  
*nam*, procedat Cæsar Augustus, ubique eum gloria co-  
 mitatur. Pyrenæi testantur fontes. Nam quibus ne lig-  
 natores quidem olim lavabant, illi nunc erunt balnea utri-  
 usque continentis.

## 665. BIANORIS.

Quæ per æstatem in fruticetis loquacissima cicada reso-  
 nabat carmen ore geminâ linguâ instructo, eam factâ jun-  
 cis decipulâ Crito, cantorem, cepit, verno tempore exer-  
 cens venaturam, in quâ nullæ suæ partes, sed visci, plu-  
 mas avium involventis; dignam impiâ venaturâ mercedem  
 consecutus. Non enim deinceps fortunatas, ut ante, in-  
 struebat aliis avibus fraudes.

## 666. CRINA-

## 666. CRINAGORÆ.

Quales nacta es, O misera Corinthe, incolas pro quibus! O ingentem Græciæ calamitatem! Quæ hic jaces humilior Astypalæâ, jaces desertior arenis Libycis, talibus revenditis mancipiis nequam direptum permiffa. Beata vos profecto, Bacchiadarum ossa!

## 667. ANTIPATRI THESSALICI.

Abi ad Euphratem Jovis, *Imperatoris*, filii. Nam ad te ultro confugit Parthorum equitatus. Abi, O domine Cæsar, videque detentos metu arcus, proferendique imperii facti initio ab ejus in orientem, qui nunc sunt, terminis, quales a majoribus, patrimonio accepisti; fac ipsi undecunque metam oceanum, eoque primus illud obfigna quasi et fini soli orienti.

668. AD Æ I. <sup>a</sup>

Tauro, horrendam Dobiri sylvam egresso, fortis Peucestes adversum ibat in equo; et, quamvis ruentem eâ vi, quâ scopulus ayulfus, hastâ tamen Pæonicâ, quam nihil facile effugiat, trajectis temporibus stravit: detractoque de capite gemino cornu, et in vini poculum converso, quoties bibit, de inimico cæso gloriatur.

<sup>a</sup> Putat esse *Callimachi* Reiskius, Com. p. 193.



669. CRINAGORÆ.<sup>2</sup>

O confines provinciæ, magnæ terrarum orbis particulæ, quas turgens undis Nilus a nigris Æthiopibus dirimit; reges ambæ vestros matrimoniis in communionem rerum implicuistis, et Ægyptum Lybiamque genus in unum confundistis. Contingat liberis a regiis parentibus prognatis firmum utrâque in continente imperium.

## 670. E J U S D E M.

Nos quinque libri lyrici, venusti, Gratiarum opera inimitabilem, hoc in volumine venimus ad Antoniam, doni nomine, sacro ipsi die natali, fœminam formâ et bonis moribus excellenter dotatam.

## 671. E V E N I Grammatici.

Maxime exosa Musis, blatta, quæ chartas peredis et corrumpis obscuro in lustro, semper furtivis sapientiæ micis pasta; quare, O nigricolor, sacris excubas in libris, ubi infamem et odiosam illam pingis imaginem? Fuge, quæso, a Musis procul, neque in libris invidiosum ad spectui tuî argumentumingere.

<sup>2</sup> F. Macedonis.

## 672. LEONIDÆ

## 672. LEONIDÆ TARENTINI.

Neque magnâ neque parvâ navi securus vehere. Omni rati ventus ejusdem indolis imperat. Et Promachum ventus perdidit, fluctusque decumani nautas simul omnes in profundum mare deturbarunt. Non tamen ipsi fatum prorsus fœvum obtigit. Nam terrâ in patriâ tumulum, et debita Manibus sacra nactus fuit, affinium officiosâ manu, aspero mari in litus ejectus late patens.

## 674. ERINNES.

Tu, mi cippe, et vos Sirenes meæ, et tu lugubris urna, quæ Plutoni servas exiguos cineres, jubete prætereuntes meum tumulum salvare, sive cives fuerint, sive alienigenæ; significateque me, cum sponsam agerem, (aut *adhuc virginem*,) a sepulcro abreptam fuisse, a patre Baucidis nomine donatam, genteque fuisse Iasidarum<sup>a</sup>, et amicam æqualemque meam, Erinnam, hoc elogium meo monumento inscripsisse.

## 675. ANTIPATRI SIDONII.

Jam croceus lectus genialis sternebatur sponsæ, Pitanâ oriundæ, Clinaretæ, aureos intra thalamos; et sponsi pa-

<sup>a</sup> Ne lacuna relinqueretur in Latinis, hanc Reiskius ut-  
cunque commentus est Interpretationem.

rentes,

rentes, Demo atque Nicippus, jam sperabant se tædas pineas ardentibus ambabus manibus sublaturus. Verum morbus abreptam virginem oblivionis vortice merfit. Quapropter dolore cruciatæ ejus æquales, non choream instituerunt, sed nœniam Plutonis, apud quam pectora plangunt.

## 676. ERINNES.

Ego sum stela virginis Baucidis, multis digna lacrymis, quam quisquis præteris, imprecare hæc verba infero Plutoni: Invidus es, Pluto: (<sup>met</sup>venusti <sup>matris meæ Baucis, qua</sup>oculi significant adspicienti tibi fortunam Baucidis: ) <sup>intra quas ceteræ</sup>Cujus voluntate <sup>lucubranda</sup>puellam, cui tantum non jam canebatur Hymenæus, <sup>per somnum præcursum</sup>piecanda <sup>iam</sup>uffit hic super, rogo edat. Tu quidem, Hymenæe, <sup>iam</sup>jucundam nuptiarum cantilenam in lugubrem sonum threnorum transmutafti. \* \* \*

## 677. INCERTI.

Najades, et vos jam frigida et neglecta bubilia, significate apibus tramitem vernum ineuntibus, senem Leucippum nocte brumali periiffe quum se in insidias leporibus celeripedibus abdidisset, ideoque ipsi porro volupe haud esse examina curare, et promontorii accolam desiderare fylvas gregibus amicas.

## 678. NOSSIDIS.

O amice, si forte ad spatiosam Mitylenam navi pergis, ut Sapphonis Gratias ab ipso fonte haurias; dic velim illi,  
carum

carum Musis caput eam esse, et Locriffam peperisse. Scias autem velim mihi nomen esse Noffis. I licet.

## 679. LEONIDÆ TARENTINI.

Tellenis hic est tumulus, tenens sub glebâ senem Tejum, qui primus novit docuitque ridicula canere.

## 680. CHARÆMONIS.

O Cleva, non tu mihi inglorius cecidisti, hastam pro Thyreâ vibrans, et Amphilochorum agrum undique carpens.

## 681. THEODORIDÆ.

Bello fratrum oculo Timosthenem, filium Molossi, hospitem in Cecropiâ non patriâ extinctum.

## 682. ANYTES.

Ætatem tu quidem liberorum tuorum, patriæ dux, Phidia, caliginoso deposuisti in luctu: pulcrum tamen hoc elogium inscriptus canit cippus tibi impositus, te cecidisse pugnans pro patriâ.

## 683. PHOTII

## 683. ΠΗΟΤΙΙ Patriarchæ.

Acerbum amorem Clitophontis, at probos castosque mores, hic velut pingit liber. Verum in stuporem omnes dat castissima Leucippa, quæ contrita sævis fustibus, comarum honore exuta, rupta, mutila, admota morti ter, tamen tenuit gradum. Quodsi ergo, amice, castitatem amas quoque, tabulam hancce contemplare vultu non vago; sed discite finem. Amare sobrie docet sancteque amantes hymenæum capeffere.

684. *In Ordinale Urbicii Viri Consularis, quod fuerat olim peculium et oblectamentum Adriani Imperatoris, aut, secundum alios, Trajani Imperatoris.*

Vide me robustis gravidum laboribus librum, quem olim Adrianus Imperator secum habebat in castris, usûs autem neglectus longo temporis spatio ad oblivionem pæne admovit. At sub Imp. Anastasio, cui potentes sunt manus, rursus in lucem redii, salus exercitibus. Doceo enim labores belli, viros trucidantis; doceo, quomodo mecum et occidentalis oceani accolæ, et Persas perdas, et, qui atroci fato pereant velim, Saracenos, et pernix, equestre genus Hunnorum pugnacium, et Isauros, scopulorum perfultores. Omnia sceptro Anastasii submitto, quem Oriens, (aut *sol*, vel *natalis dies*,) Trajano illustriorem prodidit.

## 685. ΜΥCΙΙ

## 685. MUCII SCÆVOLÆ.

Capellæ, quare tandem relictis thymo et tithymalo, et viridi herbâ vestro victui consentaneâ, agilibus insultibus vos arietatis invicem, salientes circa pastorem filvivagum? Non desistetis a luctâ? Definite, vobis ajo, ne inimicum incurrat in vos pedum a manu caprimulgi.

## 686. INCERTI.

O Icaria, tumule acerbæ et infelicis expeditionis Icarî, volatu aërem antea non tentatum adeuntis: O utinam neque ille te vidisset unquam, neque ipse Triton te sivistet undis emergere, et dorso Ægæi æstûs innatare. Tibi enim, quod naves tegat et tueatur, refugium nullum est, neque in borealem plagam, neque in australem. Male pereas, infeliciter et difficulter adeunda, mala hospita. Navigem a te tam procul, quam ipso ab invisio Orco.

## 687. DIODORI Grammatici.

Per noctis hujus æternæ, quæ me occulit, sedes has faxeas, et Cocyti undas planctibus resonantes, non me maritus occidit, quamvis vulgus id jactet, ad secunda vota respiciens; cui nomen erat Rufinus: sed me fatales Noxiæ abduxere. Non sola profecto Paula Tarentina cecidit præmature.

688. ANTIPATRI, *f.* MACEDONIS.

Apud Strymonem et vastum Hellespontum, conditum et in urbis formam adauctum monumentum Edonæ Phyllidis, Amphipoli, reliqua tui vestigia supersunt Dianæ Brauronis templum, et unda fluvii multum olim disceptata; urbem ipsam, magnæ rixæ quondam Atheniensibus argumentum, ut purpurei panni laciniam, videmus in utrâque ripâ.

## 689. PERSIS.

O misera Mnasilla! ergone monumento tuo hæc quoque lugentis puellæ incisa conspicitur imago? Neotimæ, *filie tue*, cui animam ademerunt partûs dolores. Unde jacet, palpebras caligine veluti redundans, sub caræ matris, *sinistrâ*, volâ. Eheu, pater Aristoteles, haud procul jacens, illi caput dextrâ mulcet. O admodum infelices, qui vel post fata vestra vestri luctûs haud obliviscimini.

## 690. LEONIDÆ.

Egone vero, ut vitis imbecilla palo, ita me arido ligone fulciam? Vocat me mors ad Plutonem. Surdum nolim simules, Gorge. Quid gratiæ, quid commodi, tres, quatuorve æstates plures paucioresve in vivis exigere? Hæc fatus ad se verba senex, non mendaci jactantiâ, posuit animam, et ad plurium migravit consortium.

## 691. THEO-

## 691. THEODORIDÆ.

Abiisti, nondum baculo indigens utenive, Cinesia, *Megacurii sacerdos, neque facinorosus, persolvens Plutoni*  
*omnia, quæ dabuntur, faciam*  
 debito ferens adhuc ~~sentus~~ et membra omnia integra. Debitorem igitur iustum quum te deprehenderit omnia cogens Achero, *contentus est* ~~amare et cupere te coepit.~~

## 692. APOLLONIDÆ.

Non profecto, Timoclea, oculorum tuorum lucem tunc perdidisti, quum infelici masculæ prolis partu exspirares; sed nunc pluribus vides formosum solis currum, perfectior, quam olim esses.

## 696. DIODORI,

Ego Pharus sum turris super scopulo marino, commune cum insulâ meâ nomen habens, indicium stationis navalis.

## 697. CLAUDIANI.

Scortum in choreis, Euee proclamans, quæ crotalis per-  
 strepunt, geminum æs tundit resultantibus vibrationibus.  
 Cujus canitiem orco vicinam suffurans oculis pecten, plumbi  
 filius, tingit; jamque hebescens vanis pigmentorum radiis  
 linitur oculus. Mendacem ruborem illeivit pudor colore  
 cassus, coronans absconditas spuriâ venustate malas.

## 698. EJUSDEM.



## 698. E J U S D E M.

Sellam æneo pede instructam in atrio Heliconis correptam gerens aliquis stabat famulus, nolens eam mihi fesso, *inter recitandum*, poetæ suppeditare. Quapropter meum animum armavit necessitas consilii dives.

## 699. EUNOMIANI, Sc. PHILOSTORGII.

Historiam absolvi, dei gratiâ, manibus artificiosis conflatum textum variorum casuum verorum.

## 700. E J U S D E M.

Duodecim literas habet Philostorgius, nomen pulcrum. Quapropter pro numero literarum totidem libros conscripsi, incipiens a primâ nominis literâ, et sic pergendo meum nomen scribens in librorum initiis.

## 701. I N C E R T I.

Constantini filius, Asclepiades, patriæ in honorem, scripsit antiquitates claræ Anazarbi.

## 702. D I O S C O R I D I S.

Quinque foemellas, totidemque mares enixa Bito Didymoni, nullius eorum usumfructum habuit; sed optima et  
facilis

facilis partûs Bito non a liberis, verum peregrinis manibus, humata fuit post sua fata.

## 703. SIMONIDIS.

Sane fæva rupes est Geranea excelsa. Utinam Istrum procul hinc vidisses et longum Tanain apud Scythas, non autem hic in viciniâ habitasses Scironicum finum, O Ænea, circa insulas Methuriadas nivibus pressas. Jam vero tu quidem in ponto vagaris, miserum cadaver, hic vero vacuus tumulus clamat gravem navigationem.

## 704. DEMAGETI.

Funus plorans pater Thymocles haud speratum, Lyco filio vacuum hunc aggeffit tumulum. Illi enim ne peregrinam quidem humum subire contigit, sed aut terræ Nepiados, *Bithyniæ*, littus, aut insularum quædam Ponticarum eum habet, ubi funebribus ritibus omnibus defectus, nudus, ossa monstrat, in litore porrectus inhospitali.

## 705. SIMONIDIS.

Monumentum Theognidis Sinopenfis sum, super quo me condidit Glaucus, in vicem diuturnæ familiaritatis.

## 706. EJUSDEM.

## 706. E J U S D E M.

Monumentum quidem tuum sepulcrale nostra tenet humus; te ipsum autem, O Cliftenes, errantem in Euxino mari deprehendit fatalis necessitas; quo excidisti suavi, mentem mulcente, reditu in patriam. Non enim venisti in Chium mari clausam.

## 707. A G A T H I Æ Scholastici,

Hellanis ter beata, et gratiosa Amamaxis, erant duo lumina Lesbi, patriæ. Quum autem adductâ classe Atticâ Paches Mitylenen everteret, captus puellarum amore improbo, maritis earum occisis, ipsas per vim a se violandas mittebat domum, *Athenas*. Illæ autem emensæ mare Ægæum, et Athenas delatæ, populo nunciabant scelerati Pachetis facinora; quo eum in exitialem noxam compellebant. Quibus peractis, patriæ redditæ vitâ exutâ, tandem eodem in loco, *cum maritis*, humum subierunt, præmium laborum hoc nactæ, quod ambo mariti cum conjugibus in monumento præclaræ temperantiæ dormiant, omnesque celebrent concordēs heroinas, quæ patriæque conjugumque clades ultæ fuerint.

## 708. I N C E R T I.

Extremi Libyæ Nasamonum recessus, quorum tergora belluarum nationes innumerabiles non amplius premunt,  
nolite

nolite porro ad rugitus leonum martem cientes exsternari, quam late patetis usque ultra Nomadum arenas. Nam innumerabilem eorum gentem pedicis captam coegit unam in caveam Cæsar bellator; et, quæ olim ferarum sub dio degentium erant stabula, illa ipsa juga nunc boves pascent pro bubulcis.

## 709. INCERTI.

Unus omnium Nicandri liberorum hic est tumulus. Unus dies totam absumsit venerabilem Lyfidicæ sobolem.

## 710. ARISTODICI.

Demo et Methymna, ut audiverunt exspirasse heroem Euphronem, illum in sacris Bacchi trietericis furere solitum, repudiatâ vitâ, suspenderunt se e funibus, cervicum constrictoribus, quos e longis plexis vittis confecerant.

## 711. DIOTIMI.

Sponsum suum multum plorandum Euagoram Scyllis, Polyæni filia, progressa spatiosa in compita, ciebat sublatâ voce, filium Hegemachi, Ephesium: neque redibat deinceps patrias in ædes, orba marito, sed tertio mense post peribat infelix, illa divinitus immixtos passâ mirabilesque casus, tabe consumpta, ex animi ægritudine contractâ. Ambobus igitur monumentum hoc flebile amicitiae stat, tritum prope trivium.

## 712. PHILETÆ

## 712. PHILETÆ SAMII.

Cippus hunc tumulum premens ait hæc: Brevis ævi puellam Orcus rapuit Theodotam. Puella vicissim patri hæc ait: Abstine te a tristitiâ, Theodote. Mortalibus ea scripta lex est, ut multis modis miseri sint.

## 713. INCERTI.

Nondum tibi ceciderat coma, nondum tertii anni orbitam Lunæ currus exegerat, O Cleodice, quum mater tua Nicasis tuam apud urnam sæpe: ---- O Miser: clamabat, super corollâ multiplici gemitu circumsonatâ, et pater item tuus, Periclitus. Jam apud obscurum Plutonium ages juventutem, O Cleodice, longe obscurissimam.

## 714. APOLLONIDÆ.

Inter Syrum et Delum interceptum procella Mence-tium, Diophanis Samii filium, cum mercibus merfit, contententem quidem cum navi quanto possset cursu ad Asiam; sed inimico mari et morbis urgentibus exclusum.

## 715. SIMONIDIS.

Has Apollini manubias de Tyrrhenis ferentes idem mare, eadem navis, idem tumulus condidit.

## 716. EUPHO-

## 716. EUPHORIONIS.

*Ossa illa chora*                      *unt Trachynia saxea*  
 Illa tua quondam ossa non tegit detrita furva pannucia,  
 neque lapis nigris imbutus literis, sed illa quidem Icaria  
 unda rumpit et jactat apud litora longæ et sublimis Draca-  
 ni; ego vero *sepultura loco* pro Xenia infelici, vacua humus exaggerata  
 sum, in fiticulosis Dryopum herbis.

## 717. ADÆI.

Indam beryllum me Trypho effecit in simulacrum ma-  
 ris tranquilli, et mollibus delicatisque suis digitis emisit e  
 me undas. Ecce tibi et labia udo innatantia salo, et ma-  
 millas, quibus cieo ventorum silentium. Quod si vero  
 gemma hoc mihi gaudium invidens videatur mihi ventos  
 suscitare, en paratus ego solvo portu super linguâ, quæ  
 jamjam natate videtur.

## 718. ANTIPHILI.

Vel in puppi obtingat mihi aliquando cubile, *non fasti-*  
*diam*, et ibi porrecti sonantesque illapsu guttarum pluvia-  
 rum rhenones, et ignis e sarmentis smilacis, vel ingratiis  
 ardere adactus, et super eo olla, et vanus bullientis aquæ  
 tumultus. Videam coram me ructantem puerum. Mensa  
 fit mihi primus quisque occurrens in navis tabulato asser.  
 Ludam ludum "da cape" dictum. Audiam balbutiem nau-  
 ticam. Jam nuper talis fortuna me deprehendebat, me  
 I i    inquam,

inquam, omni rerum et hominum genere hilariter, et familiariter, uti gaudentem.

## 719. ANTIPHILI.

Vir Colchus infelicem in erodium ad inimici instar sævit. Quare tandem proditor avis semper dicitur? Phœbus dicit. \* \* \* interea dum ille vicinum in mare pede levi immisso ex acervis arenæ suum sibi cibum legeret, adoriebantur objectam sibi urbem hostes ex adverso solo, sero docti ab avi vadum in mari esse, transigendum pedibus. Ferite igitur malam avim, quæ gravem rependit incolatûs mercedem, vastandis Colchis et Brio, avim proditorem.

720. *In Alcæum.*

Alcæi tumulus hic est, quem occidit latis conspicuus foliis, pœna mœchorum, terræ filius, raphanus.

721. *In Sapphonem. A Musis<sup>2</sup>.*

Non exiguum certe tibi decus et gloriam fatum tribuit illo die, quo primo lucem solis adspiciebas, O Sappho. Nam famam tibi nos dedimus immortalem esse, et tonans pater omnium nutu suo confirmavit. Celebraberis cantibus a mortalibus omnibus, neque carebis clarâ famâ.

<sup>2</sup> Ipsius, ut conjicio, *Sapphonis*, ob elegantiam et simplicitatem singularem. Dijudicent illi qui sapiunt priscum leporem.

722. *In Homerum.*

Ilias, O magnum opus, et modestum Odyssea sapientiæ exemplum, quod Ithacam Trojæ fecit æqualem, me, feminem quamvis Homerum, servate semper et alite juvenem. Homeri enim Siren nostro manat ex ore.

## 723. PALLADÆ.

Dii, Olympi incolæ, ut facti sunt Christiani, habitant hic innocui. Non enim eos testa metallis liquandis, follem producens vitæ necessaria præstantem, eos in ignem mittet.

726. *In Belluarum pugnatores a conto descendentes.*

Contum depangebat aliquis, jactoque in sublime corpore illinc propendebat demisso capite, et in leonem, qui subtus sese adversus contum et virum erigebat, defiliebat agilibus pedibus. Non tamen eum leo cepit, sed vir effugit, circensis plebis ingenti cum plausu et clamore.

## 727. CRINAGORÆ.

Aude vel quatuor personis, imo etiam pluribus, instructam fabulam exarare. Non enim te neque Philonidæ, neque Bathylli, deficient gratiæ; illius quidem in cantando, hujus autem in loquaci manuum gestificatione.

## 728. PHILIPPI.



## 728. PHILIPPI.

Theſſalorum virorum cœtus, equis potens et bubus ex-  
 agitandis, inermi manu bellum parans belluis, copulat  
 pullos equinos, tauris arbores proſternere gaudentibus no-  
 dum cervices ſtringentem a tergo injicere ſtudens. De-  
 tracto enim ad humum illo nodato fune, ad extrema tento  
 et facillime mobili proſternitur et evertitur immanis illa  
 feræ vis.

## 729. ANTIPATRI THESSALICI.

Ego, et quoad ferrum Macedonicus enſis, et non pa-  
 vere doctus, ab Alexandri manu, tibi, Piſo, venio tuam  
 deſiderans manum, et hæc dicens verba cum gaudio :  
 Tandem inveni dextram mihi debitam.

## 730. EJUSDEM.

Leucadis, et Ambraciæ fertilis glebæ Thyreique et  
 Anaſtorii, Argique, quæ de Amphilocho proprium nomen  
 habet, et aliarum, quotquot inſultans furioſum bellum  
 perdidit, urbium vicem geſturam me condidit Cæſar Ni-  
 copolin, et in acceptis habet Apollo, redhoſtimentum mu-  
 neris ſui, victoriæ Actiacæ.

## 731. ARGEN-

## 731. ARGENTARI I.

Heraclea, turpi et impudico ore tamen Formosos irretis.  
 Has jam dudum tota urbs de te spargit voculas. Quâ ratione tantum valuisti facinus perficere? Fuitne adolescens, qui te, obtorto collo, injectâque nitidis comis manu ad morem sibi gerendum adigeret? Aut, quia bellum nomen de Hercule habes, fatale tibi fuit, scortum, ut Heben, *florem pubertatis*, sed juvenum, amares?

## 732. CRINAGORÆ.

Insulam quamvis me dicent spatii exiguam, qui me forte mensi fuerint, septem tantummodo stadia implentem, videbis tamen me gignentem e fœcundis arvis cremorem triticeæ farinæ, et omnigenos fructus arboreos ferentem, et a copiâ piscium divitem capturis, et, vel per ipsos dies caniculares, frigidam salutaresque noctam auras, et portuum tranquillitate mitem, apud Corcyram, Phæacum sedes; at unde tamen derisui ut essem fatale mihi erat, inde nomen mihi adscivi.

## 733. EJUSDEM.

Ipsa quoque Mene, *nova luna*, primâ oriens vesperâ propterea lucebat caliginosum, luctum suum nocte velans, quod alteram sibi cognominem, *Selenen*, exanimem vidisset in Plutonis regnum delapsam. Illa enim formosæ suæ lucis consortem fecerat, ideoque mortem ejus significabat nebulâ, quâ se, velut peplo, occulebat.

## 734. EJUSDEM.

## 734. E J U S D E M.

Beate opilio, utinam ego quoque in monte curassem oves super hoc herbofo candido clivo, erga arietes gregis duces garriens balatum imitantia ; potius, quam, ut tinxissem clavos navium rectores falso mari. Merito itaque merfus perii undis ; et circa hunc arenaceum collem me undiquaque jaçtando eurus vim suam ostentat.

## 735. E J U S D E M.

Ad permutatam filiorum mortem dicebat hæc miseranda mater, ambos amplexa : Tuum quidem funus luçturam me hoc die haud sperabam, te vero haud sperabam videre vivos inter versantem. Mutatæ igitur quidem in vobis sunt mortis vices fatales ; at mihi nihilominus, haud mendaci famâ significata, venit lugendi necessitas.

## 736. A N T I P A T R I.

Horrendus est nautis hædorum occasus. Verum Pyroni multo magis inimica erat maris tranquillitas, quam tempestas. Navim enim ventorum quiete velut alligatam ob-  
ruebat actuaria piratica, gemino remorum ordine ad velocitatem impulsa. Quo fiebat ut illum, qui procellâ evaserat, tranquillum interimeret mare atroci leto. O lugubrem tuam, miselle, malamque stationem !

## 737. D I O S C O-

## 737. DIOSCORIDIS.

Ego sum Samiæ Philænidis monumentum. Nihilo minus tamen alloqui me, et propius ad stelam accedere aude, amice. Non enim sum illa, quæ exosa mulieribus facinorosa scriptis mandaverit, quæ Pudorem pro reverendo numine non habuerit, sed fui amica verecundiæ, per meum tumulum. Si quis autem, nos quâ dehonestaret, confinxit impudentem fabulam, illius nomen revelet tempus: nostra vero ossa gaudeant, amotâ infami famâ.

## 739. ARISTONIS.

Ampelis, meri amans, jam labascens senium baculo fulciens viæ duce, clam ad lacum ibat, recens pressum vinum haurire e calyce ad summam oram impleto. Sed antequam hauriret anus, desertâ manu imbecillâ, et onus non sustinente, prolabebatur præceps, ut putris mersa navis, in vinosum mare. Huic eo fato extinctæ posuit Euterpe cippum saxeam super tumulo vicino vineæ.

## 740. CALLIMACHI.

Æschram Phrygiam bonus Miccus, inter bonos Galatas, et vivam vetulamque nutrit, et mortuam composuit; quò esset deinceps futuris conspicuum documentum, accepisse anum præbiti olim uberis mercedem.

## 741. JULIANI

## 741. JULIANI ÆGYPTII.

Imperator ipse succenset sonori maris fluctibus, quod Hypatii corpus merferint. Voluerat enim eum ultimum, ut mortuo debitum, honorem a se accipere. Sed liberalis et excelsi hujus sui animi gratiam delevit mare. Quocirca, in mitis pectoris magnum exemplum, illustrem Mortuum honoravit vacuo hocce sepulcro.

## 742. PAULI SILENTIARII. \*

Atticus, in communem mortalibus omnibus spem fati omnis rapientis, animo securo et forti me jussit vivus sibi effodi, tumulum, quâ pollet virtute, ludens metum mortis. Diu tamen in vivis sole fruentibus maneat sol sapientiæ!

\* Non potest esse *Pauli Silentarii*, quem diu post Atticum, Constantinopoli scilicet episcopum, temporibus Justiniani claruisse, constat ex Agathiæ testimonio. *Vales. ad Socrat. Hist. Eccles. p. 88. Edit. Mogunt.* Evincit probabilibus argumentis Reiskius noster, Carminis hujusce Scriptorem fuisse Calliopium, amicum Attici; ipsumque scriptum fuisse A.D. 425. Vide *Comm. in loc. p. 240.* Vide sis etiam *Socratis Histor. VII. 26.* Ubi porro citavit hoc epigramma *Valesius.*

## 745. ANTIPATRI

745. ANTIPATRI SIDONII.<sup>a</sup>

Calligenis filium Diodorum, Olynthium, scito periisse in portu, de nocte prorâ effusum, dum epularum superflua revomit. O quantillum aquæ hausit tantò potio-rem, oceano in periculis spectatum.

## 746. SIMONIDIS.

Cippum sepulti Megaclis, *fili tui*, quando conspicio, subit me miseratio tui, Callia, quanta passus!

## 747. EJUSDEM.

Pudor etiam Cleodemum apud ripas Theæri jugiter currentis duxit in mortem lamentabilem, Thracicæ in turmæ insidias illapsus, quo fecit patris Diphili nomen clarum filius, fortis bellator.

## 749. ANTIPATRI THESSALICI.

Ipsa, quæ te peperit, mater tibi, indecenter paventi, letum dedit, Demetri, cava ilia immerso ferro confodiens; tenensque manu, spurcum cruore sui filii, mucronem, spumanti ore, dentibus infrendens stridulis, et torvum, ut

<sup>a</sup> *f. Macedonis.* vid. Notit. Poet. p. 10.

Lacæna, tuens : Linque, ait, Eurotam, pete Tartarum ;  
quandoquidem pavere novisti. Post fugam non meus es,  
non Laco.

## 750. DIONYSII.

Me, et Jove Pluvio et Baccho madidum, labi in lubri-  
co mirum non est ; et solum a duobus adversariis impul-  
sum, et mortalem ab immortalibus.

## 751. INCERTI.

Narra Lamponi, ubi ad claram vitibus Phthiam et an-  
tiquam urbem Thaumaciam fortè veneris, amice, te, Ma-  
lææ dum scandis saltum, me vidisse, desertum hunc tumu-  
lum, super ejus filio Derxia aggestum ; quem deprehen-  
sum aliquando solum, dolis, non enim apertâ vi, latrones  
peremerunt, dum divinam ad Spartam contendit.

## 755. LEONIS Philosophi.

Codex hic Theonis et Procli, virorum sapientissimorum,  
tenet spatia cœli et terræ, hoc quidem hanc, illo illum  
metante, ambobus pariter gloriam meritis. Ambobus vos  
alter alteri disputando præstitistis compensationem. Theo  
quidem, assumtis Procli sapientibus positionibus, ostendit  
domos astrorum. Proclus autem, assumtis Theonis de-  
monstrationibus, earum ope resolvit in problemata positio-  
nes. Sapiens igitur tu Par, salvere te iterum iterumque  
jubeo.

jubeo. Salve, optime Theo, sapientissimum caput, qui nunc doctrinis urbem Alexandri acuis. Salve mihi tu quoque, Procle, Sarpedonis nepotum, qui omnibus celebrare, optime.

## 756. INCERTI.

Quare subfiliis, *venator ait aviculæ*, ab uno ramo ad alterum transvolans? Novi aliam quoque, quæ idem, atque tu, faceret, et nihilo magis effugit onustos visco calamos nostros; sed potius eò spisse lita et implicita pennas, vel invita, devenit ad virum dolis potentem.

## 757. ASCLEPIADÆ.

Lyda appellor, et sum, omnium de Codri sobole puellarum spectatissima, beneficio Antimachi. Quotus enim quisque me non habeat in ore, me non legerit, LYDAM, poema commune Antimacho cum Musis?

759. ARCHIÆ junioris.<sup>a</sup>

Mercuri, qui Corycum inhabitas, O domine Mercuri, salve, et hilari vultu tenuem hanc victimam accipe.

<sup>a</sup> Sc. Junioris illo *Archia* Tulliano, cujus Carmina sunt, 450, 452, 461, 572. Plurima etiam in Planudea.

## 760. ALPHEI.



## 760. ALPHEI MITYLENÆI.

Equestre numen, qui navium velocium imperium tenes,  
et utrinque Eubœæ impendentem scopulum, secundos da  
ventos, quod te oramus, qui nos ferant ad Martis urbem,  
usque a Syriâ inde, portu evectos.

## 761. STATILII FLACCI.

Ambo Oedipi, et Electra gravi fremens irâ, et Atrei  
epulis cœlo depulsus sol, et aliæ tuæ fabulæ circa tyrannos  
valde calamitosos, dignæ choris Bacchicis, fecerunt te  
principem tragici gregis, O Sophocles, ipso heroum ore  
sonantem.

## 762. DIOTIMI.

Clari nominis æquales ætate fuimus anus, Anaxo et  
Clino, filiæ gemellæ Epicratis. Clino quidem Charitum,  
Anaxo autem Cereris, dum viveremus, sacerdotes. Octo-  
ginta annos, minus novem dies, implevimus, antequam  
hoc in fatum deferremur. Haud improbanda annorum æ-  
qualitas. Dileximus maritos et liberos, ante quos, ut æ-  
tate provectiores decebat, mite letum suscepimus.

## 763. INCERTI.

Amice viator. *Viator*. Quid est rei? *Cippus*. Interro-  
gas adhuc? Ecce mortuum, cui olim præstantium libero-  
rum

rum grex erat, Archigerontem senem. *Viator*. Imo vero, amice senex, contingat tibi liberos tuos fausto pede pervenire in stadium canæ ætatis.

## 764. LEONIDÆ TARENTINI.

Mœrore nolis te macerare, mi homo, propterea quod, erraticam vitam trahenti, ex unâ terrâ in alteram identidem transmigrandum tibi est. Ne quæso, luge, si vacuum tugurium te ambiens calefaciat exiguo igni, aut non uncta maza, non flore farinæ facta, tibi adsit, in cavo lapide tuis manibus subacta, aut pulegium, thymusve, aut alica, saporis amari dulcedine remixti, tibi pro opsonio sint.

## 765. PHÆDIMI.

*Viator*, deploro Polyanthum, quem conjux Aristagora maritum in tumulo hoc deposuit, nacta ejus cineres et ossa. Ipsum autem exanimavit infelici aurâ excita unda maris Ægæi, circa Sciathum; manequæ ad opus surgentes piscatores extraxerunt miserum, in portum Toronæum.

## 766. APOLLONIDÆ.

Ego lapis ripensis teneo sub me Glenin, a vento, in acerbam undæ vorticem detractum e scopulo, in quo pisces venabatur. Me aggesserunt quotquot ei operæ focii solebant esse: quos tu, Neptune, salvos præsta, et litus tranquillum cum arundine piscantibus.

## 767. ADDÆI.

## 767. A D D Æ I.

Quando prætereas Heroëm, nomine Philopragmonem, coram Potidæâ in trivio conditum, dic ipsi quidnam peractum eas; et protinus ea, quâ ille pollet, tibi succurret negotii conficiendi facilis ratio.

## 768. CHRISTODORI.

Præclarus Joannes Epidamnius hic jacet, late splendidus ornatus consulum valde illustrium, qui super me expandit Musarum lumen, qui plus quam alii explicuit late numinis hospitalis munificentiam; habens quippe dextram omnes pascentem, quâ in solâ non norat ipse largitionibus suis præscriptum modum. Celsissimam auxit et ornavit carrucham legibus patriis, amabilia præstans opera castæ justitiæ. Amice, non vixit diu, sed annis quadraginta duobus solis exactis abiit ad plures, relicto sui desiderio apud Musarum cultores omnes, quos magis, quam patres veri, amabat.

## 769. THALLI MILESI I.

Vide, quomodo virens platanus amantium occultet sacra clandestina, hinc spectabili comâ prætensa, et illinc de ramis suis dependentibus uvis dulcis vitis, quas caritate suâ Horæ amplectuntur. Ita velim, ut diu vireas vigeasque, et coma tua semper occultet Veneris alumnos.

770. O N E S-

## 770. O N E S T Æ.

Asopia et Pegafia scaturigo, fontes gemelli, alati equi munera, rupto pedibus ejus elicita solo, quorum unus quidem Heliconis, alter Acrocorinthi venas percussit et fidit. O feriendi felicitas utrâque in calce æqualis.

## 772. B I A N O R I S.

Ripense in arenâ videbat piscator perspicuâ sub undâ polypum piscem, quem natantem persecutus, correptum celeriter manu projecit in terram, prævertens prædæ adstrictionem. Excussus igitur ille sublimi jactu, sed peropportuno, incidebat in pavidum leporem, crassi supercilii animal, somno porrectum, totumque circumfusus innectebat suis vinculis. Occurrebat igitur illi viro captura terrestris aquaticæ.

## 773. C A L L I M A C H I.

Ecce, tune quoque, Menecrates, hic es, Astypalæâ oriunde? Nostine, amice, quis te peremerit? *Resp.* Etiam Centaurum cepit et perdidit idem ille, qui mihi fatalis venit, somnus. Dirum autem et diris devovendum vinum ejus causa erat.

## 774. L E O N I D Æ.

## 774. LEONIDÆ.

Vespertinum et matutinum somnum sæpe abigebat anus Platthis metu egestatis; et ad colum, laborisque collegam fufum, canebat, jam in foribus ftante cano fenio, ad noctem ufque ab aurorâ: inde reciprocans longum illud Minervæ ftadium, quod telæ folent decurrere.

## 775. EJUSDEM.

Rugofa Platthis, vetuftum circa genu fufficientem jugo textorio tramam manu torquendo, exigebat diem. Octoginta annorum autem ætate exactâ, fpectabat undam Acherontis, pulcras lanas pulcre texere docta.

## 776. THEÆTETI.

Phileas nemini cedere fapientiâ videbatur. Ringat, fi quem hæc fententia pungat, invidus, donec rumpatur. Nihilominus tamen vana eft ea gloriæ voluptas. Nam apud Plutonem Minoi nihil cedit Therfites<sup>a</sup>.

## 777. INCERTI.

Hic ego ter mifer latronis enfe ftratus jaceo, nemini ploratus.

<sup>a</sup> Sc. homo Stolidus, de gente *Therfitarum*.

## 778. DIOSCO-

## 778. DIOSCORIDIS.

Ego, Scirtus barbâ ruffus, curo vitâ functum Sositheum, tantum, quantum alterum in urbe noſtrâ indigenamque Sophoclem. Geſtabat enim hederam ille vir digne, per choros Satyrorum Philiaſiorum. Et me jam novis innutritum inſtitutis, reficiendo in antiquam formam, meminſſe patriæ juſſit. Quò factum, ut me Doricæ muſæ rurus ad rhythmum maſculum, et vocem grandifonam, pertractus applicuerim. \* \* \* \*

## 779. EJUSDEM.

Machoni, comoediæ auctori, levis ſis, terra ; et ſemper vivam feras hederam, certaminibus poeticis amicam, ſuper ejus tumulo. Non enim habes ſub te fucum recoctorem, *plagiarium*, ſed reliquias arte vetuſtâ dignas amplexa es. O urbs Cecropia, ſic jam dicat velim ſenex, *Macho* ; Interdum vel apud Nilum quoque creſcit acer Muſarum thymus.

## 780. ALEXANDRI.

Sardes antiquæ, majorum meorum ſedes, ſi apud vos adoleviſſem, eſſem opifex mercenarius, aut ligonem exercerem, auro indutus, venuſta tympana quatiens. Jam

\* Supremum Diſtichum obſcurius fatetur interpres, quam quod Latine verti poſſet.

verò mihi nomen est Alcman, et Spartæ sum civis multis  
focis instructæ; et Musas percepi Heliconidas, quæ me  
tyrannis Dascyla et Gige fecerunt potiozem.

## 782. PALLADÆ.

Quærendo invenisti vitæ finem et felicitatis initium, in  
vitâ ad finem delatâ. Nactus tamen es honorem, O Gessi,  
vel post fata insignia honoris ultima adeptus.

## 785. ANTIPATRI THESSALICI.

*Alii* PHILIPPI.

*In Glyconem Athletam.*

Glyco, decus Asiæ, Pergamo oriundum, quinquertio-  
num fulmen, latipes, novus Atlas, invictæ manûs, hæc  
omnia perierunt. Talem neque in Italis olim, neque ante  
Italos in Græciâ, neque in Asiâ evertit quemquam, vin-  
cens omnia Orcus.

## 786. ANTIPHANIS.

Videbatur mihi dimidium meî velut intermortuum de-  
nuo reviviscere, malum unicum, *unius arboris hoc anno pro-  
ventum reliquum*, in ramo summi culminis adhuc oculis  
cernenti. At mala bestia, arborum pestis, dorso pilosa e-  
ruca vel unicum illud malum absumpsit invida. Ad hæc  
Invidia: Ego equidem, ait, magnam lædere oculis tur-  
bam

bam soleo ; at qui pauca corrumpit, illius ossa libens eundem spargerem.

787. A P O L L O N I D Æ. *Alii* P H I L I P P I.

Summis in ramis fruticeti sedens aliquando cicada, sole ardente, motâ artificiose flagellans alâ medium ventrem, personabat desertos campos carmine, cujus ipse solus effector erat, nullo alio instrumento adjutus. Quem structis dolis capiebat Crito, artis omnis, quæ visco aves capit, peritus. Sed is haud impune ; nam a fortunâ, retium familiarium deinceps destitutus, oberrat ne plumam quidem adipiscens.

788. A N T I P A T R I T H E S S A L I C I.

Cressa canis, Gorge, persequabatur cervi vestigia, prægnans, et utramque Dianam invocans. Voti facta compos pariebat interea dum cervam conficeret, citâ Ilythiâ utrumque donum largiente, felicitis et capturæ et partûs. Novem hinc ea nunc foetibus præbet uber. Fugite vos, Cressæ cervæ, catulos, quæ jam a parturientibus artem vos capiendi docentur.

789. B I A N O R I S.

Arens siti minister Phœbi, *corvus*, quum videret super cippo alicujus scœminæ sculptam saxo urnam, aquæ pluviae nonnihil tenentem, clangebat præ gaudio, urnæ oræ summæ



mæ insistens; non tamen valebat rostro vasis fundum attingere. Monstrasti tunc, Phœbe, te recto iudicio ingeniosam avem pro sorte tuâ tulisse; globosum enim saxum immittens corvus in aquam, rapaci rostro valde desideratum ad humorem pertigit.

## 790. LEONIDÆ.

Pan, Mercurio fate, caprimulgis amice, collem hunc nocte marathri et scandicis fœcundum; propitius esto et herbilego, et caprimulgo. Feres enim sic et olerum et lactis portionem.

## 791. PHILOXENI.

Tlepolemus, Myrensis, filius Polycratæ, posuit Mercurium, terminum carceralem, a quo in cursum emittantur certaturi de pedum velocitate sacris in ludis, ad spatium viginti stadiorum, in quo virium et dexteritatis periculum faciant. Igitur intendite nervos, excusso de genibus molli torpore.

## 792. INCERTI.

Olim quidem ego, *corallium*, hærebam in radicibus scopuli undis proluti, læte proveniente marinâ algâ obsitum; nunc autem in sinu meo dormit, *in sculptus mihi*, minister fertis formosæ Veneris, mollis Amor.

## 793. LEONIDÆ

## 793. LEONIDÆ TARENTINI.

Tereti de petrâ defultans frigide fons, salve! Et vos Nympharum pastoralibus sculptæ manibus imagines salvete, et vos scopuli, vosque Nymphæ, quæ fontium undis abluitis vestra hæc casta femora, salvete! Aristocles ego viator hoc, quo merse sitim depuli, *hausfram*, honorarium vobis dedico.

## 794. DEMOSTRATI.\*

Nymphæ Najades, quæ pulcherrimum hunc fontem de scopulo perpetuò defunditis, cujus vertex cælum ferit, vobis Demonstratus Antilaï filius donat hæc venabula, et duorum aprorum fetosas exuvias.

## 795. LEONIDÆ.

Coeli hoc imitamentum, *Sphæram*, tempore tui natalis, a Niligenâ Leonida accipe, Poppea, Jovis, *Neronis*, conjux, Augusta: placent enim tibi dona, et cubiculo, et eadem sapientiæ congruâ.

\* Incertum est an hoc sit nomen auctoris Carminis. Adhibetur ex sola auctoritate Dorvili, Charit. Aphrodif. pag. 185. Certe non ex eo peti possit argumentum, quod ista Demonstratus quidam dedicaverit.

## 799. NOSSIDIS

## 799. NOSSIDIS LESBIÆ.

Eamus ad templum Veneris, spectemusque simulacrum, auro exornatum, quod Poliarchis dedicavit, adepta magnas opes a sui corporis venustate.

## 800. NICHARCHI.

Apud liquores abundantis bonis aquis fontis, et apud Nymphas statuit me Simo, Panem capripedem. Quorsum autem? Tibi dicam. Quantum cupis de fonte et bibe, et cavâ fitulâ, bonâ pace, hauri. Pedibus autem noli crystallina Nympharum lavacra inquinare, huc ad me respiciens, Panem nequam. \* \*

## 801. PERSIS.

Me, Felicionem, exiguum numen minoribus in diis, si invoces quâ par est, nanciscere cupita. At magna nolim cupias. Nam eorum quidem, quæ hominum plebejorum numen viro pauperculo donet, compos ego sum, Felicio.

## 802. LEONIDÆ.

Felix capturâ sis, leporari; aut si forte aves persequens, cum visco venias hunc sub glabrum montem, me quoque invoca inspectorem sylvæ Panem, e præcipitio. Adero tibi venanti, siue canum ope, siue visci.

## 803. CRINA-

803. CRINAGORÆ.<sup>2</sup>

Speculatorem Eubœæ, undis verberatæ, canebat Aristo,  
Nauplium. Ego vero audax e carmine flagrabam. Men-  
dax tæda, de nocte e rupe Caphareâ protensa, meum in-  
felix transiit in pectus.

## 804. ANTIPATRI.

Amici, virgo sum, quæ arbor, *Laurus*, esse videor.  
Imperate igitur manibus ancillarum vestrarum vellere  
promptis, ut Daphnæ parcant. Meî autem vice, de arbuto  
aut terebintho viator carpat sibi, in stratum humile quod  
faciat. Non enim procul hinc amborum est copia. Abest  
hinc rivus tria fere jugera, et ab ejus fontibus, duo alia,  
abest sylva arboribus omnigenis virens.

<sup>2</sup> In commentariis suis, affert interpretationem longe lucu-  
lentiorem Carminis hujus obscuri Reiskius. “Ait poeta se in-  
“terfuisse Dramati, in quo meretrix quædam Nauplii personam  
“gerebat. Ut sibi redditus, de nocte imaginem illam reco-  
“luit, vigil an somnians, accensum ejus amore se fuisse.”  
pag. 265. Nota fraus Nauplii, qui speculatoris vicem gerens,  
facem nocturnam Græcis e Troja revertentibus, ubi rupes e-  
rant periculosæ, protendebat. Quo dolo magna vis homi-  
num navigiorumque consumpta.

## 805. CRINA-

## 805. CRINAGORÆ.

Genus illud, *pecudum*, quod describam, est quidem ovillum, Agarris familiare; unde Araxes oritur, potus Armenis piligeris. At coma non est densa, crispa, mollis, qualis esse solet ovibus delicatis; sed aspera, rigida, rara, et horrida magis, quam ferarum caprarum. Uterus ter in anno foeturit. Lacte pingui semper turgēt uber. Balatus proxime accedit ad tenelli vituli mugitum. Alia omnia nempe ferunt aliæ terræ.



NOTITIA



NOTITIA POETARUM,  
QUORUM  
NOMINA ET FRAGMENTA  
IN  
ANTHOLOGIA CONSTANTINI  
CEPHALAE EXSTANT.

**A**ΓΑΘΙΑΣ, aut secundum alios ΑΓΑΘΙΟΣ, AGATHIAS *Myrinaeus*, e Myrina Aeolidis civitate, Scholasticus, sub Justiniano Imp. clarus. Scripsit, praeter alia, de quibus Fabric. Vol. VI. Bibl. Gr. dixit, epigrammata, & aliorum vetustiora sua aetate collegit. De quo ejus instituto diximus in praefatione, quantum novimus et satis est. Solummodo versus illos ex ejus praefatione ex-

a cerptos,

cerptos, quibus ordinem suae Anthologiae exposuit, e Vavassore, seu, quod idem est, e Fabricii Bibl. Gr. T. II. p. 692. repetam, quo docti lectores ipsi statuunt utrum rectius sit quod p. 115. Commentariorum nostrorum tradidi, primum Anthologiae ab Agathia conditae librum dedicatoria, secundum τὰ ἐπιφρασιακά tenuisse, an quod p. 13. praefationis nostrae ad hoc opusculum asseveravi, primum illius Anthologiae librum laudes deorum, secundum dedicatoria complexum fuisse. Verba haec sunt:

Πρῶτα δὲ συλλέξαιμι παλαιγενέεσσιν ἐρίζων,  
 Ὅσα περ ἐγράψαντο νεῆς γενετῆρες ἀοιδῆς,  
 Ὡς ὠστέροισι μακάρεσσιν ἀνειμένα. Καὶ γὰρ ἔωκει  
 Γράμμαθ' ἀρχαίοιο σοφὸν μίμημα φυλάξαι.  
 Ἀλλὰ πάλιν μετεκεῖνα παλαιότερον εὖχος ἀείρει,  
 Ὅσα περ ἢ γραφίδεσσιν χαρῶσα μὲν νινὶ χάρις,  
 Εἴτε κ' εὐπίητον ἐπὶ βρέτας, εἴτε καὶ ἄλλης  
 Τέχνης ἐργαστόιοι πολυαπερέεσσιν ἀείθλοισι.  
 Καὶ τριτάτην βαλῶϊδα νεηνίδος ἔλλαχε βίβλω  
 Ὅσα θέμιν τύμοισι, τὰ περ θεὸς ἐν μὲν ἀοιδῇ  
 Ἐκτελείειν νεύσειεν, ἐν ἀτρικίῃ δὲ διώκειν.  
 Ὅσα ἢ κ' βιότοιο πολυαπερέεσσιν κελύθοισι  
 Γράψαμεν ἀσαθέος τε τύχης σφαλεροῖσι ταλάντοισι,  
 Δίεκέο μοι βίβλοιο παρὰ κρηπῖδα τεπέρης.  
 Καὶ τάχα κ' πέμπλοιο χάρις θέλξειεν ἀείθλω,  
 Ὅπποτε κερτομέοις ἐπιστόλον ἦσαν ἀοιδῆς  
 Γράψαμεν. Ἐκταῖον δὲ μέλω κλίπικσα Κυθήρη  
 Βίς ὁάρεσ ἐλέγιο παρσιτέψει παρειήν,  
 Καὶ γλυκερὸς ἐς ἔρωτα. Ἐν ἐσδομάτῃ ἢ μελίσῃ  
 Εὐφρόσυνας Βάκχιο, φιλακρήτης τε χορείας,  
 Καὶ μὲν, κ' κρητῆρα, κ' ἄλλοια δαίπνα νοήσεις.

“Et primum colligam, æmulatus antiquos, quæ scripserunt novi conditores carminis, ut majoribus Diis consecrata. Etenim conveniebat veterum scriptorum præclarum exemplar retinere. Deinde etiam antiquum decus attollunt quæcunque poeta siilo incidit quovis loco, sive in statuis affabre factis, sive in alterius artis laboriosæ diversis monumentis. Ac tertium spatium novi sortita sunt libri quæcunque posuimus in sepulcris, quæ quidem Apollo tum versibus perficere annuerit, tum ex vero persequi. Quæ verò & de vitæ multiplici ratione ac via scripsimus, & de inconstantis fortunæ fallacibus momentis, aspice, libri circa sedem quartam. Ac delectare potest forsitan quinti venustas libri, ubi irridentes convitia & probrosum carmen scripsimus. Sextum volumen surripiens cithara, in feminas elegorum deflexerit copiam, atque in dulces amores. Septimo denique in florilegio sive apiario gaudia Bacchi, & amicas meri choreas, & vinum, & pocula, & lauta conviviva cogitabis.”

ΑΔΑΙΟΣ. ADAEVS, vel *Addæus Macedo*, videtur diversus esse ab *Addæo Mitylenæo*. Nudum *Addæi* nomen præscriptum ostendit epigramma, quod Anthol. Henr. Stephani p. 49. exstat. *Macedonem* appellat p. 421. *Mitylenæum* p. 247. nisi credere malis eundem hominem diversa gessisse gentilitia nomina, unum a patria, alterum à fede habitationis. Cujus rei similia exempla et hoc ipso in indice plura occurrent, et collecta non exiguo numero fuerunt a Jonsio de Scriptor. hist. Philos. I. 2. p. 14. Ita Galenus aliquem *Asclepiadem* memorat Κιανὸν Βιθυνὸν, τὸν καὶ Πρωσίᾳ ἐπικληθέντα. *Menippus* modo *Sinopensis*, modo *Phœnix* audit, quia *Sinopæ* natus ipse, majores *Gadareni* fuerant. V. Menage ad *Diogen. Laert.* VI. 99. Sic *Rhintho* aliis *Tarentinus*, aliis *Syracufanus* est. Pluribus exemplis



#### 4 NOTITIA POETARUM

in re obvia parcam. Vid. dicenda de Apollonida & Dionysio. Addaeum Macedonem fuisse, videtur carmen Iensianum 17. prodere, ubi Dobirum et Peucestam venatorem uri, memorat. *Adaeus* quoque nomen est Macedonicum, uti e Polybii L. XV. p. 994. 4. apparet. Quando vixerit non constat; neque colligi potest ex ejus fragmentis. E Carm. 767. id apparet aut origine, aut civitate Macedonem fuisse, quia Potidaeae meminit. Quum destructa a Philippo rege Potidaea deinceps a Cassandro restituta fuerit, nequit etiam ex hoc loco argumentum de ipsius aetate peti. Gentilem omnes ejus reliquiae produnt. Quum liquido non constet, Macedo & Mitylaenaeus Adaeus idemne sit, & porro idemne Mitylenaeus Addaeus epigrammatarius, cum Addaeo Mitylenaeo illo sit, cui librum *ἑὶ Μίτυλων* tribuit Athenaeus p. 471. & 606. nequit etiam hinc aetas hominis definiri. Quod si tamen idem homo sit Athenaeo et Anthologiae laudatus, et idem porro, ad quem Polemo periegetes libros scripsit de donariis, inscriptionibus, antiquitatibus et rebus memorabilibus urbium Graecarum, jam constat de ipsius aetate. Vixit enim aequalis illi Polemoni, hoc est, regi Antigono, suppar Alexandro M. Et sane mentio Potidaeae ab ipso facta satis suadet eum bellis successorum Alexandri M. intestinis interfuisse. Nomen enim illius urbis sub Romanis prorsus filet. Carmen Jens. 67. propter prodigiosum tumorem non huic vetusto, sed recentiori alicui Adaeo tribuere malim. Nomen hoc enim saeculo IV. adhuc in usu fuisse apparet e Cod. Theodosian. L. 8. ubi Addaeus Comes et Magister utriusque militiae per orientem appellatur.

ΑΔΡΙΑΝΟΣ. ADRIANVS *Imperator* quando vixerit notum; scilicet saeculo post C. N. secundo non multum profecto

profecto. De cujus eruditione et egregia vena poetica cum Graeca tum Latina, dixi quaedam ad C. 540. post Jo. Jonsium III. 7. de scriptor. histor. philos. & viros doctos, qui Spartiani Adrianum exposuerunt. Unicum superstes carmen ejus reliquorum, quae periere, desiderium movet.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ. AESCHINES *rhetor*, dubium sitne aequalis et adversarius Demosthenis, an, quod verius existimo, Aeschines ille rhetor, aequalis Straboni, ut ex ejus Geogr. XIV. p. 942. patet.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. ALEXANDER *Aetolus* vixit aetate Ptolemaei Evergetae, unus illius celebris Plejadis. Quae de eo reperiuntur, omnia dedit Fabricius B. Gr. T. I. p. 665. Carmen ejus unicum habemus in collectione nostra n. 780. quamvis enim non Aetolus ibi, sed nude Alexander appelletur, nullus tamen dubito ad Aetolum referre celebre carmen, & Plutarcho quoque citatum. Meminit ejus quoque Meleager in Coronae praefatione, versu 39.

ΑΛΚΑΙΟΣ. ALCAEUS non est ille vetus Mitylanaeus, sed recentior, Messenicus, aequalis Philippi, penultimi regis Macedoniae, patris Persei, circa Olymp. 141. & 145. Conf. de illo Fabr. B. G. T. I. p. 565. Antholog. p. 200. cui editio Wecheliana sola aliud subjungit Philippi in Alcaeum, e Plutarchi Flaminio desumptum. Nihil impedit quominus idem sit cum illo Alcaeo Epicureo, quem Aelianus Variar. IX. 12. ob Epicureae sectae professionem Roma ejectum perhibet, quod A. V. C. 580. seu Olymp. 149. 1. contigit. Potest quoque idem esse cum illo Alcaeo, qui Polybio aequalis vixit. V. Excerpt. Legat. 122. p. 1323. 10.

ΑΛΦΕΙΟΣ. ALPHIUS *Mitylanaeus*. Romanorum jam adulta potentia terra marique ipsum vixisse constat ex Anthologiae editae p. 14. ubi Macrinum aliquem Romanum  
alloqui-

## 6 NOTITIA POETARUM

alloquitur. E nostrae collectionis C. 760. constat eum in Syria vixisse, & inde Romam petiisse. Quod si mecum reputo, facile inducor, ut Fabricio credam Macrinum Imperatorem significari, qui post Caracallam A. C. 217. tyrannidem in Syria invasit. Si certo constaret Antipatrum illum, cujus ad carmen εἶθε με (p. 81. Antholog. H. St.) subjectum Alphaei Mitylenaei λητῆς ὠδίνων respicit, esse Antipatrum Thessalonicensem, non Sidonium, propius ad certitudinem accederet illa conjectura. Nam Antipater ille tempore Tiberii vixit, ut deinceps demonstrabitur. Videtur illam sententiam carmen, quod diximus, εἶθε με Thessali Antipatri esse, confirmare aliud ejusdem argumenti quod n. 3. in Jenianis legitur et Antipatro Macedoni tribuitur. Atqui Thessalia metropolis et caput Macedoniae appellatur ab Antipatro Thessalo pag. 35. ubi Pisonem alloquitur :

Σοί με, Θεσσαλῆς σκυληφόρε, Θεσσαλονίκη  
Ἡ πάσης μήτηρ πέμψε Μακεδονίης.

Ergo *Macedo* dictus ibi Antipater diversus ab illo Thessalo non est; at diversus est ab Antipatro Macedone, de quo post dicemus. *Alphius* vel *Alpheus* quoque nomen Romanum, non Graecum, est. In Catalectis habetur nomen Alpei Aviti, item apud Priscianum Alpei Aviti et Alpei philologi (idem homo est) laudantur *Excellentes*, seu de laudibus illustrium virorum illis locis, quos Fabric. Bibl. Lat. T. II. p. 477. citat; qui cum nostro Alpeo videtur idem esse. Haud enim rarum hominem Latinum Graeca condidisse carmina, quorum exempla numero plura in hac ipsa Anthologia superant, et deinceps per hanc nostram notitiam observabimus. Exstat in Musa Stratonis n. 22. carmen Alpei, quod Menagium in observationibus suis ad Amin-

Amintam Taffi, sermone Italico scriptis, protulisse, e schedis La Crofii mihi constitit. Quae observationes quum neque mihi oculis unquam usurpatae fuerint, neque facile in tabernis librariis prostant, non inutile duco, carmen illud Alpei hoc loco repetere.

Τλήμονες, οἷς ἀνέραστος ἔφυ βίῃ, ἔτε γδ' ἔρξα  
 Εὐμαρῆς, ἔτ' εἰπέῃν ἐσὶ π νόσφι πόθων.  
 Καὶ γδ' ἐγὼ νῦν εἰμὶ λίην βραδύς. Εἰ δ' ἐσίδδιμι  
 Ζηνόφιλον, σεροπῆς πλήσομαι ὀξύτερο.  
 Τένεκεν ἔ φεύγειν γλυκὺν ἴμερον, ἀλλὰ δῖάκειν  
 Πᾶσι λέγω. Ψυχῆς ἐστὶν ἔρωσ ἀκρόνη.

*Miseri sunt, quibus amore caret vita. Nam neque facere  
 Neque dicere, facile est absque Cupidinibus. [quidquam,  
 Ipse ego valde aliàs sum tardus; at si videro  
 Zenophilum, volem fulmine rapidius.  
 Quare non fugere suavem amorem, sed persequi,  
 Suaserim omnibus. Animi cos est amor.*

ΑΝΑΚΡΕΩΝ. ANACREO. Visus aliquando mihi fuit hic Anacreo non ille Tejus, celeberrimus a poëfi lyrica, cujus princeps habetur, sed recentior aliquis epigrammatarius esse; idque in notis ad C. 428. significavi; nisus eo potissimum fundamento, quod Anacreontem maxime lyrica scripsisse nossem, elegos condidisse non nossem. Verum retracto nunc et muto sententiam ob auctoritatem Meleagri, qui praefationis suae, versu 35. 36. omnino celebrem illum Anacreontem lyricum, non alium ignobiliorem, significare videtur. Ait enim:

Ἐν δ' ἀρ' Ἀνακρεοντεῖς γλυκὺ κείνο μέλισμα  
 Νέκταρος, εἰς δ' ἐλέγους εὐαπορον ἀνημίμιον.

Sane

## 8 NOTITIA POETARUM

Sane illud *καίνο* nobilem celebrem poetam significat ; ipso-  
 que illo disticho Anacreonti eidem tribuit & *μέλη* cantica,  
 & *ελέγους* elegias pangendi dexteritatem. Conjecturam Fa-  
 bricii, perquam speciosam, ἀνθέμιον in fine citati distichi  
 non esse floris, sed poetae nomen, hoc non admittere vide-  
 tur, quod Meleager singulis, quos laudat, poetis, flores  
 singulos tribuit, quorum suo carendum esset Anacreonti, si  
 Fabricii conjecturam optares. Sunt quidem characteres  
 temporis, illis carminibus, quae sub Anacreontis nomine  
 in nostra Anthologia exstant, impressi, subobscuri. Sunt  
 tamen vel in illis quidam satis luculenti, ut auctorem vete-  
 rem illum Tejum prodant. E. c. epigramma in equum  
 Phidolae, nobis 424. in quo interpretando passus aliquid  
 humani fui, significat auctorem aequalem fuisse Phidolae &  
 celebri ejus equo. Vixit autem Phidolas circa Olympi-  
 adem 64. Nam ejus filium Lycum, celete Isthmia vicisse  
 circa Olympiad. 68. ait cl. Corsini in dissert. Agonisticis  
 pag. 225. *ed. Lips.* Floruisse Anacreontem Teium sub Cyro  
 seniore constat. Cyrus Olymp. 62. obiit. Ergo tempora  
 bene congruunt. Admodum diu vixit Anacreon, et nona-  
 gesimum aetatis annum prope attigit. Quare fieri potuit,  
 ut bellum Persicum vivendo attingeret, aut superaret. Quod  
 ut credam facit nomen Anaxagorae statuarii, quem C. 428.  
 laudat, et quem eundem existimo esse cum illo statuario,  
 cujus esse signum Jovis a Graecis urbibus post profligatos  
 cum Mardonio Persas apud Plataeas dedicatum in Olympia  
 perhibet Pausanias p. 437. Echekratides quoque, quem  
 C. 431. laudat, videtur idem cum illo esse, quem memo-  
 rat Pausanias p. 836. e cujus verbis apparet hominem pe-  
 rantiquum fuisse. Ait enim Ἐχεκράτιδος ἀνὴρ Λαεριαῖος τὸν  
 Ἀπόλλωνα ἀνέθηκε (nempe Delphis) τὸν μικρὸν, καὶ ἀπείναν πρῶτον  
τεθῆναι

τεθῆναι τῶν ἀναθημάτων τοῦτο φασὶν οἱ Δελφοί. Ergo Croesum aetate nonnihil antecesserit Echekratides necesse est; potest tamen nihilominus hunc ipsum Anacreon Tejus attigisse, idemque Xerxen quoque et Mardonium.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ. ANDRONICUS, cujas fuerit, et quando vixerit, non liquet. Anthologia Planudea nihil ejus habet: unicum carmen nostra, sed temporis indiciiis destitutum.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ. ANTIPATER. Utinam ubique librarii Antipatros diligenter distinxissent. Plerumque autem omitunt in talibus gentile poetae. Interdum quoque alium pro alio nominant, ut Antipatrum Sidonium pro Thessalonicense, aut hunc pro illo. Tres in Anthologia reperio Antipatros diversos, Macedonium antiquissimum, medium Sidonium aut Tyrium, tertium novissimum Thessalum aut Thessalonicensem. Vixit Macedonius aetate Philippi; aut patris Alexandri M. aut penultimi regis Macedoniae, patris Persei, hoc est circa Olymp. 140. usque ad 150. Sidonius aequalis Meleagro fuit, hoc est, vixit circa Olymp. 170, tertius aetate D. Augusti Caesaris, Tiberii & Caii Caligulae Imperatorum, hoc est ab Olymp. 190, prope modum usque ad Ol. 204. Argumentis haec demonstranda sunt ex ipsorum reliquiis depromendis.

Antipatri Macedonii ergo carmen est proculdubio illud, quod p. 435. Anth. St. legitur τὸν πατέρα Ὀρφέλοιο. Eo enim Philippi, quem τὸν κερῶνιον φίλιππον appellat, fortitudinem celebrat, qua taurum, vel urum, Macedoniae vastatorem, prostraverit. Quod in alium Philippum, quam aut Alex. M. aut Persei, patrem, cadere posse non videtur. Huic Macedonico tribuo quoque, quamvis levi admodum con-

## FO NOTITIA POETARUM

jectura, Carmina in Jenfianis n. 37. et 94. quorum in illo mentio fit Amphipoleos, in hoc Olynthi.

Antipatrum Sidonium aequalem Meleagro fuisse, et ante eum fato suo decessisse, apparet e carm. 620. quod est a Meleagro in tumulum ejus aut inscriptum, aut saltem conditum, unde discimus et aetatem ejus, et veram patriam. Fuit enim proprie Tyrius, sed forte ob vicinitatem amborum urbium, Tyri et Sidonis, aut quod in hac posteriore plurimam aetatis partem consumsisset, dictus fuit Sidonius, non Tyrius. Sunt etiam alia luculenta indicia aetatem Sidonii proventia per Anthologiam sparsa; ut est illud p. 100. quo excidium Corinthi, ut casum recentem, memorat. Contigit illa clades Olymp. 158. anno quarto V. C. 608. Meleager autem circa Olymp. 170. claruit. Porro p. 219. est epicedium in regem aliquem Ptolemaeum, quo ait eum ante patrem non nominatum obiisse, & nutritorem ejus Andromachum appellat. Unde colligas illum Ptolemaeum in pueritia extinctum filium Ptolemaei Epiphanis, regis Aegyptii, et fratrem Ptolemaeorum Philometoris et Physconis fuisse. Nam Polibius p. 961. edit. Wechel. a Ptolemaeo Physcone legatos Romam missos fuisse Nicolaidam et Andromachum ait, quod Olymp. 156. anno secundo, V. C. 599. videtur contigisse. In Syria eum vixisse credibile est, et quidem circa tempora Seleuci, a quo dedicatam Apollini aram cornubus structam celebrat C. 398. qui Seleucus alius esse nequit, quam Seleucus VI. Syriae rex, qui Olymp. 171. iniit, & sub quo Meleager floruit. Sane hanc Olympiadem Antipatrum attigisse nihil prohibet. Ab Olymp. 156. ad Olymp. 171. sunt anni sexaginta. Et Plinius VII. 51. Antipatrum (si noster est; nam Plinium ipsum ad manus non habeo, sed locum ejus ab Almeloventio  
ad

ad Quintil. X. 7. p. 955. ed. Burmann. citatum), *satis longa senectâ confectum fuisse* perhibet. In Aeolide quoque eum vixisse colligo e carm. Jenfiano 24. Romaene vixerit non constat, neque enim id e verbis Ciceronis aeque effici potest, atque aetas hominis constitui. Verba insignia exstant Orator. L. III. c. 50. quae non suo Tullius ore, sed L. Licinii Crassi ad Catulum loquitur, qui ambo aetate Marii et Sullae vixerunt, hoc est circa Olymp. 169. A. V. 650. Sunt itaque Crassi apud Ciceronem verba haec: *Quod si Antipater ille Sidonius, quem tu, Catule, probe meministi, solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut, cum se mente ac voluntate conjecisset in versum, verba sequerentur.* Ergo quamvis non male vulgo dicatur ille Sidonius a Ciceronis aetate non multum abesse, tamen rectius et pressius eum L. Crassi et M. Antonii orationis aequalem, hoc est saeculo ab Urbe condita septimo ineunte et medio floruisse dicemus, quum Cicero eo exeunte, et octavo ineunte celebrer esset. v. Jons. I. 13. p. 71. ubi sitne idem Antipater Tarsensis, philosophus stoicus, cum Sidonio, disputat, quod, eodem Jonsio iudice, Vossii haud improbabilis fuit sententia; demonstrat quoque Tyrium hunc Antipatrum ab illo altero itidem Tyrio diversum fuisse, quem Cicero *Officior. II. nuper Athenis clarum* scribat. Male igitur p. 327. Anth. St. nostro Sidonio tribuitur carmen, quod Thessali esse ex eo liquidum est, quod ad L. Calpurnium Pisonem, qui sub Tiberio Caes. claruit, missum fuit. Quod protinus demonstrabitur.

Thessalum enim Antipatrum, aetates & imperia Augusti, Tiberii & Caji Caligulae attigisse, multa demonstrant. Sub



## 12 NOTITIA POETARUM

Augusto Caesare se vixisse ipse prodit carmine Jenfianorum 79. ubi recens conditam ab Augusto Nicopolin celebrat. Item secundo eorundem carminum Jenfianorum, quo recens inventum molarum ab aqua versatilium praedicat. Quod in aetatem Augusti cadit. Carm. Jenf. 134. praedicat, ut casum recentem, mortem *inviēti Glyconis*, ut eum appellat aequalis ejus Horatius Ep. I. 1. 30. Non tamen tuto licet illo argumento uti, quia juxta alios carmen illud ad Philippum pertinet, Augusti quoque aequalem. Patet idem quoque ex carmine Anth. St. p. 363, quo statuam Pyladae, celebri histrioni, quem Augustus amabat, positam laudat. Vid. Fabric. ad Dion. Cass. p. 747. Carm. 283. alloquitur illum Nestorem, de quo infra dicemus, philosophum Academicum, Tarsensem, praeceptorem Marcelli, Augusti ex Octavia sorore nepotis, teste Strabone p. 992. Tandem illud quoque insigne carmen, quod p. 35. Anth. St. legitur, luculentissime aetatem ejus definit, et quis ille Piso sit, quem tot carminibus compellavit, demonstrat. Eo igitur carmine aliquem absque nomine alloquitur in hunc modum.

Σοί μιν θρηϊκίης σκυληφόρε Θεσσαλονίκη  
 Ἡ πάσης μήτηρ πέμψε Μακεδονίης,  
 Ἄειδω δ' ὑπό σου διδμηγμόν ἄρεα Βέσων.

Fuit ergo carmen hoc dedicatio alius majoris, quo illi non nominato victoriam de Bessis comparatam gratulatur. E Dionis Cassii p. 764. et auctoribus ibidem a Fabricio citatis, constat victorem Bessorum fuisse L. Calpurnium Pisonem qui Cos. A. V. 739. ante C. N. 15. fuit, & A. V. C. 743. ortam seditionem Bessorum aliarumque nationum Thracicarum triennali bello composuit. Carmen illud igitur

tur A. V. C. 746. exhibitum Pisoni ab Antipatro Theffalo fuit, qui se legatum ad eum nomine patriae Theffalonicae ait, ipsi victoriam insignem gratulatum. Id autem ideo factum, quia Pifo praefectus Macedoniae tunc erat. Contigerunt haec octavo ante Christum natum anno, ex quo Augustus imperare coeperat, anno decimo quarto. Hic est ille Pifo cuius clientem et amicum toties se prodit Antipater, & quem Romam comitatum se fuisse haud obscure prodit. Conf. Anthol. St. p. 39. ubi non tantum Graecum, forte Macedonicum, aliquod scortum in Italiam migrasse ait, ut studia Romanae juventutis a bellis civilibus ad voluptates et pacis artes converteret, sed etiam eadem pagina alio carmine Pisoni offert aliud carmen, quo diem ipsi natalem gratulatus fuerat, quod carmen una nocte elaborasse ait. Pag. 67. est aliud Antipatri carmen, in duo pocula, vel cymbia, quae composita unam integram sphaeram efficiebant, signis astrorum caelatam, a Diogene quodam Pisoni dono missa. Pag. 261. memorat Pompeiam, quae forte illa Pompeja Macrina est, cuius Tacitus Annal. VI. 18. ad A. U. 786. seu Tiberii vigesimum a C. N. 33. meminit. Pag. 327. tribuitur Antipatro Sidonio carmen, quo Bacchus tutelar in larario Pisonis dedicatus celebratur. Unde liquet, non Sidonii, sed Theffali carmen hoc esse. Pag. 362. legitur aliud carmen Antipatri hujus, p. 444. iteratum, in galeam Pisonis antiquitatis fama celebrem & spectabilem. Carminum Janseniorum decimo sexto tandem alloquitur Germanicum in orientem expeditioni adversus Parthos sese accingentem, quod factum A. U. 770. A. C. 17. Boivinus, qui carmen illud in Commentar. Acad. Inscript. T. III. p. 387. edidit, aliter temporum, ad quae respicere carmen illud vult, rationes disponit, refertque ad  
 iter

## 14 NOTITIA POETARUM

iter Augusti in orientem adversus Phraatem, et A. U. 735. Tandem vero Antipatrum Thessalum Caji Caligulae quoque imperium attigisse, videor mihi e duobus Anth. St. carminibus p. 71. & 300. conjicere. Illud est in quatuor victorias stantes super tecto domus alicujus Caji, quem *patriae Romae praesidium* appellat, ὃ Ρώμας Γαῖς παῖτρας ἔρυστα. Non dubito hunc Cajum Caligulam esse. Altero carmine Cotyn Thraciae regem appellat, qui videri queat ille esse, quem Dio Cassius p. 915. aut A. V. 792. a Caligula Armeniae minori praefectum fuisse. Quamvis nihil obstet, quominus Antipatro Sidonio carmen hoc tribuatur, et ad illum dicatur Cotyn respici, de quo narrat Polybius p. 927.

ΑΝΤΙΣΤΙΟΣ. ANTISTIUS, quis fuerit, & quando vixerit, e tribus illis, quæ supersunt ejus fragmentis, nostrae Collectionis n. 485. & 594. item tertio Anth. St. p. 339. colligi nequit; illud inde posse colligi puto, Romanum hominem fuisse. Non solum nomen Antistii id prodit, verum etiam carmen Anth. St. modo citatum in Priapum; quod numen hortense magis Romani, quam Græci, coluisse et sermone celebrasse deprehenduntur. Si constaret, quando tres illi athletæ c. 485. laudati vixerint, et mari perierint, Menestratus, Menander, et Dionysius, constaret etiam de hujus Antistii aetate. Corfinius de illis nihil habet. Antistium Veterem Cos. esse horum carminum auctorem, si auderem conjicere, absque causa facerem, mera quadam specie probabilitatis inductus, de quo Antistio Vetere dicemus ad artic. *Laureae*. Forte videantur majore probabilitate hæc carmina illi Antistio Sossiano tribui, quem factitatis in Neronem probrosis carminibus exilio fuisse multatum, Tacitus perhibet Ann. XVI. 14.

ANTI-

ΑΝΤΙΦΑΝΗΣ. ANTIPHANES *Macedo* quando vixerit, e nullo fragmentorum ejus, quæ in Anthologia H. St. exstant, in quibus p. 427. etiam est illud ipsum, quod nostra Constantiniana dat n. 402. colligi potest. Id solum novimus, eum Philippo Theffalo aut antiquiorem aut aequalem fuisse. Nam in praefatione ad suam Coronam Philippus eum laudat. Patriam e titulo unici carminis, quod Anthologia Constantini tenet, discimus. Nam in Planudeana *Macedonis* nomen abest.

ΑΝΤΙΦΙΛΟΣ. ANTIPHILUS, nude, & interdum quoque *Byzantius*. Non enim puto diversos esse. Satis constat de ipsius aetate ex illo carmine, quod habetur pag. 82. Anth. St. quo restitutam Rhodo libertatem a Nerone gratulatur et praedicat, quod factum ait Tacitus Ann. XII. 58. A. U. C. 806. Christi 53. Produxisse ipsum aetatem ad Domitianum usque, dubio caret, et liquet ex Carmine Anth. St. p. 55. quo caedem Agricolae deplorat, aitque fontem, (fortassis unum aliquem in Agricolæ villa) ejus desiderio cruciatum exaruisse, quæ hyperbolica & frigida sententia saeculum sequius prodit. Verum hoc nunc non agimus, ut carminis pretium aestimemus. Id omnino cum Brodaeo statuo, Agricolam non alium eo carmine significari, quam Taciti historici socerum, A. V. 846. sublatum a Domitiano. Ergo carmen illud eo anno conditum ab Antiphilo Romae agente fuit. De Sabino a quo repertas et in usum vocatas naves scortecas laudat p. 80. Anth. St. non constat quis fuerit. Videatur quidem ex eo, quod Antiphilus Byzantius fuit, ad illum Poppaeum Sabinum pertinere, qui procos. utriusque Mysiae et Macedoniae, ad quam Byzantium spectabat, per totum paene Tiberii regnum fuit, et A. V. 788. obiit. Verum tempora obstare videntur; nisi dicamus

## 16 NOTITIA POETARUM

dicamus carmen hoc in Sabinum ab Antiphilo admodum juvene, alterum autem in Agrippam ab eodem admodum sene fuisse conditum. Posset quoque ex aetate Timomachi pictoris argumentum ad aetatem Antiphili duci, si constaret quando ille artifex vixerit. vid. Anth. St. p. 317. Parum abest quin statuam duos Antiphilos fuisse, unum Augusti aequalem atque Tiberii, alterum Neronis et Domitiani. Carmen enim collectionis nostrae 599. praedicat molem finis Puteolani ab Agrigga A. V. 717. conditam (v. Dion. Cass. p. 565.) tanquam novum opus, et novitate sua non minus quam praestantia et amplitudine spectabile atque admirabile. Posses quoque in suspicionem venire fuisse tertium Antiphilum ruentis saeculi p. C. N. tertii ex illo epigrammate, quod Du Cange Add. ad CPlin. Christ. p. 192. et emendatius Salmas. Exerc. Plin. p. 449. edidit in horologium aquatile, ab Athenaeo mechanico, qui sub Gallieno Imp. vixit, teste Trebellio Pollione c. 13. factum. Aut si cum Salmasio atque Fabricio statuas, eo carmine illum Athenaeum mechanicum significari, qui circa tempora Alexandri M. vixisse videtur (v. Fabr. B. G. T. II. pag. 588.) necesse est Antiphilum quoque aliquem ipsi aequalem, ab hoc nostro Romano diversum statuere.

ANYTH. ANYTEN viri docti, Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 571. & Olearius dissert. de poetriis Graecis p. 129. ed. Wolff. recte vixisse circa Olymp. 120. conjecerunt e loco quodam Tatiani p. 114. edit. Worth. ubi ait statuum ejus ab Euthycrate & Cephisidoto factam fuisse; quos statuarios illa aetate floruisse Plinius Hist. Nat. L. XXXIV. c. 8. perhibet. Id ipsum ipsa luculento indicio suae aetatis confirmat, quod in carmine illo, quod in fragmentis poetiarum Graecarum Wolfianis p. 112. n. 23. legitur, deposuit.

fuit. Carmen illud Olearius tanquam ineditum protulit, et ex eo repetiit Wolff. Exstat tamen jam in Anthologia Stephani p. 263. et quidem disticho auctius. Laudatur eo carmine fortitudo trium puellarum Milesiarum, quae, ut injuriam Galatarum patriam suam vastantium effugerent, se vita privabant. Contigit autem invasio Galatarum in Asiam anno secundo Olymp. 125. A. V. 475. Sed forte duae fuerunt poëtriae cognomines, Anytae; una Tegeatis, altera Mitylenaea. Hanc quidem credibilius est a cura et scientia rerum Milesiacarum propiorem fuisse, quam Tegeatidem; contra vero hanc, eadem de causa, hoc est e locorum vicinia, versificatricis in templo Aesculapii Epidaurii munus obiisse, quam Mitylenaeam. Quamvis porro nil impediatur, quominus Anyta illa, Olympiadi 125. aequalis, per aliquot tempus Aesculapii ad Epidaurum sacris vacaverit, etiamsi sacra illa A. V. 461. jam Romam translata essent, seu anno secundo Olymp. 122. Sunt tamen alia quaedam argumenta, quae mihi persuadere volunt, Tegeatidem Anytam esse multo antiquiorem. E. c. p. 205. memoratur aliquis Damis, qui si ille sit, quem Pausanias p. 312. laudat Messeniorum imperatorem in bello Messenico, quod Anno primo Olymp. 24. finiit, multo erit antiquissima haec poëtria. Et sane mirum non est in vicinitate locorum Tegeatidem hominum Messeniorum virtutem celebrare. Verum est aliud carmen p. 203. Anth. St. quo memoratur Amyntas Philippi filius; qui celebris Philippi Macedonis pater, et Alexandri M. avus videri queat, adeoque poëtriae aetas ad Olympiadem centesimam ferme deprimenda. Verum Amyntas ille Macedoniae rex, Thucydidæ et Diodoro Siculo memoratus, non in Lydia, neque in bello, sed in regno suo placida morte extinctus est, anno tertio Olympiadis

dis 102. Et deinde quoque carmen hoc in hominem Lydum, videtur potius a Mitylenaea Anyta, quam a Tegeatide, profectum fuisse.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΣ. *Apollonidam Smyrnaeum* appellat Fabricius B. Gr. T. II. p. 711. et D. Augusti Caesaris aetate floruisse ait, juxta Casaubon. ad Sueton. c. 14. Et sunt sane ejus rei quaedam indicia in carminibus ipsi tributis in Anthologia. Sunt tamen eorundem carminum quaedam indiciis illis signata, quae prodant poetam aetate Hadriani maxime vixisse. Quapropter necesse est duos Apollonidas statuere, a librariis in unum confusos. Indicabo nunc utriusque aetatis, cum Augustae, tum Hadrianae notas. Illius quidem unicum luculentum exstat documentum, hujus autem duo illustria, aliquot obscuriora. Carmine igitur illo in aquilam in insula Rhodo conspectam, quo tempore Tiberius ibi secessum, aut exilium agebat, et quod carmen p. 83. *sine* Anthol. St. legitur, conditum illo ipso tempore fuit, et extremis verbis ζῆνα τὸν ἐσόμενον, satis indicat Tiberium, (is Nero est ibi nominatus) nondum imperio tum fuisse admotum, sed futuri spem aluisse, ejusque omen aquilae prodigium fuisse habitum. Quapropter nullus dubito Apolloniden hunc Smyrnaeum eundem fuisse cum Apollonida Niceno, quem Diogenes Laertius libro nono perhibet in Timonis Sillos edidisse commentarios, Tiberio Caesari dedicatos vid. Ionf. de Scr. Hist. Philos. III. 3. Obscurius hoc est Augustaei saeculi indicium, quod p. 35. ejusdem Anth. Cajo alicui, filio, et ejus patri, Lucio, positam à juvene barbam gratulatur. Forte Cajo Caligula Imp. et pater ejus Lucius est celebris ille Germanicus. Possit tamen ille Lucius, etiam Lucius Aelius Verus, ab Hadriano adoptatus, esse. Hadrianae aetatis duo haec luculentissima

culentissima reliquit Apollonides; unum p. 107. ubi Aelii (is Hadrianus Imp. est) in Graeciam ad Spartam adventum, et erga literas amorem praedicat; alterum p. 197. ubi Aelium ait semet interfecisse. Quod in se fecisse, et saepius tentasse Adrianum Imp. constat. Vid. Script. Hist. Aug. et Dion. Cass. In obscurioribus ejus aetatis indiciis est nomen Heliodori p. 207. quem esse illum suspicor Heliodorum, qui Hadriano Imp. ab epistolis, et deinceps Aegypti praefectus, illiusque Cassii pater fuit, qui adversus M. Antoninum philosophum Imp. in Syria rebellavit et ab eo oppressus fuit. De quo Heliodoro vid. Reimar. ad Xiphilim. pag. 1152. et 1190. Saeculum a Christo nato secundum prodit carmen, quod in Jenfianis n. 42. legitur, non obscure ad sacra Orphica alludens, quibus ipse poeta forte addictus fuit, et quae eo certe tempore valde celebria erant. Prodit quoque verbum *κατοργανίζειν* Carm. 136. Jenfianorum recentius saeculum. Nam ante tempore Augusti neque organa musica in usu fuerant, neque vocabulum *ὄργανον*, pro *tibia* fuit frequentatum, unde deinceps *κατοργανίζειν*, *sono tibiae afflare, et circumstrepere*. Vid. quae dixi ad Constant. Porphyr. Comment. p. 44.

ΑΡΑΤΟΣ. *Aratus Solensis* floruit fama et amicitia regis Antigoni Gonatae, qui regnavit ab Olymp. 125. usque ad Olymp. 135. Satis notus poeta, ut non opus sit plura de illo adferre.

ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΣ. *Marcus Argentarius* quando vixerit, non constat. Quae supersunt ejus carmina omnia certum et clarum aetatis documentum nullum praestant. Apparet tamen cum ex nomine utroque Romano, tum e dictionis, qua ille usus fuit, indole, ferioris aetatis eum esse. Carmina ejus non optimi quidem commatis sunt, & dithyram-



bifmi, qui deinceps in nervum erupit, molimina surgentia fatis produnt; olent tamen eadem nihilominus antiquum leporem; ut tuto eum in classem epigrammatariorum mediam, quae cum aetate Latinae lingua argentea ferme convenit, referre queamus. Praeterea jurisjurandi formula *per Serapin* facit ut ad primum aut secundum post N. C. saeculum pertinere queat videri, quibus saeculis Aegyptiaca superstitio Romae maxime vigebat. Quidsi ergo ille Argentarius rhetor Graecus fuerit, cujus Seneca in Suasoriis toties meminit; aut ille Marcus Byzantius, qui sub Ael. Adriano Imp. floruit, teste Philostrato? Vit. Soph. p. 527.

ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΣ. ARISTONICI unicum carmen servavit collectio Jenfiana n. 60, unde de ipsius aetate iudicium ferri nequit. Forte fuerit ille Aristonicus grammaticus, Ptolemaei filius, qui Romae vixit, Straboni aequalis, qui eum de Musaeo Alexandrino scripsisse tradit. V. Jons. I. c. III. 2.

ΑΡΤΕΜΩΝ. De ARTEMONE id idem dicendum habemus. Antiquum esse & dictio et argumentum arguit. Forte est idem cum Artemone τῷ μισοποιστῷ, de quo v. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 575. sed de cujus aetate pariter non constat.

ΑΡΧΙΑΣ. De ARCHIA poeta, quem Cicero celebri oratione defendit aequalem et familiarem suum, nota omnia sunt. Quare nihil amplius de illo dicam, praesertim cum carmina, quae ejus exstant, nota temporis nulla signata sint. Carmen Jenfian. 108. *Archiae recentiori* inscriptum est, unde colligas alium poetam illo Tulliano posteriorem claruisse. Nisi malimus illud νεωτέρας Graeculo inepto imputare, aut conjicere Ἀρχύτης legendum esse pro Ἀρχίης.

ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ celebratior poeta, quam ut mea indicina indigeat. Vid. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 582. floruit circa Olymp. XV.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ. In Musa Stratonis, semel legitur ASCLEPIADES, *Adramyttenus*. Deinde ubique recurrat hoc nomen, nude *Asclepiades* absque gentili nominatur. Sat multa supersunt sub hoc nomine carmina cum in Musa Stratonis, tum in Anthologia utraque, tam Constantiniana, quam Planudea. Sed non sunt omnia ejusdem, ut recte observavit Fabricius B. Gr. T. I. p. 576. ubi inter alios cognomines etiam tres poetas memorat, Asclepiadem Lyricum, Asclepiaden Aegyptium, Asclepiaden Samium. Horum duos videor mihi in Anthologia nostra deprehendisse.

Antiquissimus ille est, sive cum Lyrico, sive cum Adramytteno, sive cum ambobus idem fuerit, illum volo, qui Carmine 345. se Phrynae significat aequalem, hoc est circa Olympiadem 106. vixisse. Si modo illa Phryne, quam ibi compellat, eadem cum celebri illo Hyperidae scorto fuit. Forte fuit idem cum Asclepiade tragico, qui Demostheni aequalis fuit. Fueritne hic antiquissimus Asclepiades auctor illius carminis, quo Lyde, pellex et carmen Antimachi, qui circa Olymp. 93. claruit, celebratur, an recentiorum unus, non liquet. Juvat unum et alterum Asclepiadae hujus carmen nondum editum e Musa Stratonis apponere. Ejus igitur est, quod n. 126. legitur hoc :

Οἶνος ἔρωτος ἔλεγχος. Ἐρᾶν ἀρετύμνον ἡμῖν

\* Ἦμισαν ἐν πολλοῖς Νιγηζόρην ὠροπόσει. †

• Cod. Bodl. ἦτης' ἐν.

† Cod. Bodl. ὠροπόσει.

Καὶ γὰρ ἐδάκρυσε, † καὶ νύσταζε, [ τὸ δ' ὄμμα ] κατηφές  
Ἐόλεπε, χ' ὡ σφιγχθεὶς σὸκ ἔμεινε σέφανος.

*Vinum est amoris proditor. Amoris sui pertinacem dissimulatorem*

*Coram multis coarguit Nicagoram compositio.*

*Nam ἔσ lacrymabat, ἔσ supinum hebetemque se dabat, ἔσ  
oculus triste tuebatur,*

*Et adstrieta fronti corona loco suo non manebat.*

Ejusdem est numero 55. hoc.

Πῖν', Ἀσκληπιάδῃ. Τὶ τὰ δάκρυα ταῦτα; Τί πάχεις;

Οὐ σὲ μόνον χαλεπὴ Κύπρις ἐλήισατο.

Οὐδ' ἐπί σοι μένω κατεθήκατο τόξα καὶ ἰῆς

Πικρὸς ἔρωσ, πὶ ζῶν ἐν αποδιῇ τίθεσσι;

Πίνωμεν Βακχῶ ζωρὸν πόμα. Δάκτυλῳ ἠώς.

Ἡ πάλι κρημιστὰν λύχνον ἰδεῖν μένομεν.

Πίνωμεν. Καὶ γὰρ μετὰ τοι χρόνον σὸκ ἔπι πελὸν,

Σχέτλιε, τὴν μακρὴν νύκτ' ἀναπαυσόμεθα.

Non dubitavi carmen hoc recinere, quamvis vulgaris Anthologiae p. 485. jam legatur. Ibi enim et nomen auctoris, et ultimum distichon deest; forte propterea omissum a Planude, quod non videret, quomodo verba πίνωμεν οὐ γὰρ ἔρωσ, pro quibus margo C. L. πίνωμεν γλυκερῶσ suadet, emendari debeant. E secundo libro, seu carminibus diversorum metrorum, dabo hoc numero 268. signatum quale reperi.

Ἴὼ παρέρπων, μικρὸν, εἴ τι κείνον ησ, ἄκασον

Τὰ Βοτρυῶσ παρῖασά δῆτα κήδη.

† Cod. Bodl. ἐνύσταζε κατ. — Apponitur in Marg. ex incertâ manu, καὶ ἐνύστασε καὶ τὸ κατ. —

Ὅς πρῆστος ὀγδώκοντ' ἔταῖν τὸν ἑὼν νέων ἔθαψε

Ἦδη πὶ τέχνας κὶ σοφὸν λέγωντα.

Φεῦ τὸν τεκόντα, Φεῦ δὲ κὶ σὲ, βότρυος φίλος παῖ,

Ὅσων ἄμθιρος ἠδονᾶν ἀπώλειο.

Brevitatis ergo, et chartae parsimonia, superfedebam nunc operae Latine vertendi carmina haec non admodum difficilia.

*Asclepiades Samius* recentior est, & vixit Theocrito aequalis, cujus etiam magister exstitit. Theocritus eum nomine Sicelidae laudat Idyllio VII. unde, et e scholiasta ad illum locum, constat *Siceliadae* nomine non alium, quam hunc Asclepiaden Samium, significari versu 46. praefationis Meleagri ad suam Coronam. Constat inde quoque Berenicen, quam Asclepiades hic Anth. St. pag. 298. laudat non aliam esse ab illa, quam Theocritus laudat, Ptolemaei Philadelphi filiam. Nam sororem hujus junioris Berenicae Cleopatram memorat pag. 379. Carmina haec ad foeminas Aegypti principes, ut Asclepiadae Aegyptio, quem Suidas verb. *Ἡρακίσης* memorat, non tribuam, facit et studiorum diversitas, et forte quoque temporum. Mnasalcam hoc Samio posteriorem esse, et parodia carmen illud, quod p. 237. et 498. Anth. St. legitur, αἰ δ' ἐγὼ ἀτλάμων ἀρεταῖ imitatum fuisse, vult Fabricius. Verum quum fuerint paene aequales Mnasalcas, et Asclepiades, dici nequit, sitne illud originale, quod Fabricius vult, Asclepiadae carmen, an illud Mnasalcae, quod Athenaeus p. 163. praestat. Potius crederem contrarium, quum Mnasalcas paulo antiquior videatur fuisse, quam Samius noster.

Videtur adhuc alius Asclepiades junior fuisse a quo carmen illud in discum affabre factum, p. 379. Anth. St. legitur.

## 24 NOTITIA POETARUM

gitur. Nam fatis clare prodit poeta se Romae vixisse. Ait enim se discum illum vel scutum potius a Vulcano factum, eique a Venere surreptum, et corruptori suo Marti datum, apud Aeneae nepotes reperisse, hoc est Romae.

ΑΥΤΟΜΕΔΩΝ. AUTOMEDONTIS aetas certo indicio colligi nequit ex iis, quae supersunt fragmentis. Conjicio tamen ex eo, quod Philippus Thessalonicensis ejus carmina suae Coronae intexuit, eum floruisse saeculo primo aut secundo post Christum natum. Non officit quod nomen ejus in Musa Stratonis occurrit. Nam illum Stratonem non esse tam antiquum atque vulgo existimatur, deinceps demonstrabitur suo loco. Ex Automedontis reliquiis fatis apparet eum in Italia, aut saltem sub Romanorum imperio vixisse. P. 56. meminit exercitationum oratoriarum, quae quamvis ante Ciceronem quoque in Graecia usitatae essent, tamen Quintiliani et Philostrati aetate maxime fervebant. P. 129. nominat aliquem Arrium. Quod nomen Romanum est. Multi tamen Romanorum commercii, aut aliorum negotiorum causa in Graeciam et Asiam migrabant, et consuetudinem cum ipsis contrahebant.

ΒΑΚΧΥΛΙΔΗΣ. De BACCHYLIDE quod dicam post Fabricium Bibl. Gr. T. I. p. 577. non habeo. Fuit Pindari aequalis et aemulus; Simonidae ex fratre aut sorore nepos et civis.

ΒΑΣΣΟΣ. BASSI, et BASSIOLLII ut alias appellatur, clara supersunt aetatis indicia in duobus ejus carminibus, quorum unum Anthologia Planudea p. 6. alterum nostra Carm. 603. dat. Illud in victorias Germanici a Celtis seu Germanis partas, hoc in ejus obitum, quae ipsi accidit A. V. 772. Christi 19. Pag. 69. habetur Carmen, quo Bassus mediocris fortis felicitatem extollit. Ex eo putat

Fabri-

Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 712. expressum fuisse Horatianum illud *Auream quisquis mediocritatem*. Crederem potius contrarium, quum Bassus sub Tiberio, Horatius sub Augusto floruerit. Possunt tamen ambo eundem locum communem absque suspicione plagii, aut imitationis tractasse, aut ex antiquiore Graeco poeta pariter fuisse mutuati.

ΒΙΑΝΩΡ. BIANORIS aetatem nulla produnt ejus carmina, praeter illud unicum p. 101. Anth. St. quo haustam terrae motu urbem Asiae capitalem, Sardes, deplorat. Quae calamitas ipsi contigit anno Tiberii quarto, hoc est V. C. 770. Ni hoc esset, crederes antiquiorem. Numerat tamen eum Philippus quoque in suis poetis.

ΓΑΙΤΥΛΛΙΟΣ. GETULIUS, aut GAETULICUS, quando vixerit certo non constat. Apparet tamen e Plinii Epistol. V. 3. ipsum tum, quum Plinius eam epistolam exararet, in vivis amplius non fuisse; quo autem saeculo vixisset, illone, an Virgilio aequalis, non prodit. Ex illis versibus, quos ex eo Probus Comm. in L. I. Georg. Virgilii servavit (v. H. Stephani fragmenta vet. poetar. p. 414.) et ex ipso nomine, apparet hominem Latinum fuisse. Plinius eum ait Sotadica scripsisse.

ΓΑΛΛΟΣ. Carmen 293. τῷ Διηλίῳ Γάλλῳ perhibetur esse. Ego non dubito *Aelii Galli* reponendum esse. Sic appellant aliqui celebrem illum poetam, Augusto aequalem & carum, primum Romanorum Aegypto praefectum, quem alii *Cornelium Gallum* appellant. Sane si omissa litera tertia scribas ΔΙΑΙΟΥ, simillimum id est voci ΑΙΑΙΟΥ. Possis quoque de *Didio Gallo* cogitare. Sane ΔΙΑΙΟΥ a ΔΙΑΙΟΥ perparum abit. Sed non novi aliunde illum hominem quam e Quintiliano.

## 26 NOTITIA POETARUM

**GEMINOS.** Etiam **GEMINUS** Romanus fuit, quod nomen prodit. Quando vixerit non constat. Vix videtur Geminus ille celebrer Astronomus esse, qui in insula Rhodo vixit suppar, ut videtur, Ciceroni; neque est Geminus Tyrius, onirocrita, Artemidoro laudatus. Nescio sitne Varius Geminus Senecae patri memoratus. Equidem quare *Tullium Geminum* appellet Fabricius, & Geminum esse dicat eundem cum *Tullio*, quem Philippus se Coronae suae ait intexuisse, non perspicio. Nam potest ille Tullius Philippo memoratus idem esse cum *Tullio Laurea*.

**ΓΛΑΥΚΟΣ.** Quando **GLAUCUS** vixerit non constat. Non satis certum aetatis indicium est hoc, quod unum carminum ejus in Musa Stratonis legatur. Apparet tamen e reliquis ejus per Anth. St. sparsis eum satis antiquum esse. Eundem puto Glaucum nude, et Glaucum Atheniensem dictum. Fabricio idem videtur esse cum Glaucō sophista, quem laudat Philostratus in *Vitis Sophistar.* p. 601. init. ut aequalem Severi. Forte quibusdam obstare huic conjecturae videtur hoc, quod Glauci nomen in Musa Stratonis comparet. Mihi quoque hoc dubium movet, quod Philostratus illum Glaucum suum non Sophistam, sed hierophantam appellat. Verum inferius demonstrabo falsam esse illam vulgarem de antiquitate Stratonis opinionem, eumque sub Severo Imp. aut post eum vixisse. Unicum Glauci, quod in Musa Stratonis, n. 49, existat, carmen hoc est, sane elegans.

Ἦν ὅτε παιῖδας ἔπειθε πάλαγ ποτὲ δῶρα φιλιῦντας

Ὅρνυξ, καὶ ῥαπτή σφαῖρα, καὶ ἀσράγαλοι.

Νῦν δὲ λοπαῖς καὶ κέρμα. Τὰ παιγνία δ' ἔδδεν ἐκείνα

Ἰαχύει. Ζητᾷτ' ἄλλο π, παιδοφίλαγ.

*Erat*

*Erat olim aliquando tempus, quo pueros ad obsequium  
amantium flecebant*

*Cornix \*, & scortea pila, & tali.*

*Nunc autem id efficiunt argenteae scutellae & nummi. In-  
efficacibus jam illis frigidisque nugis,*

*Alias deinceps quaerite, quas admoveatis, machinas, quot-  
quot pueros amatis.*

ΔΑΜΑΓΗΤΑΣ, an Δαμάγητος, scribatur rectius, certo non dixerim. Ubique nominis hujus genitivus tantum legitur, qui ab utroque nominativo pariter formari potest. Antiquiorem Meleagro esse, apparet e versu 21. praefationis ad hujus Coronam. Videtur Theocriti aequalis fuisse ex illo carmine, quod in nostra editione n. 495. legitur, ubi Arfinoën, Ptolemaei filiam laudat. Forte ea est eadem cum Arfinoë Theocrito laudata, filia Philadelphi. Aut forte rectius hanc Arfinoën dicas esse filiam Ptolemaei Euergetae, et sororem atque uxorem Ptolemaei Philopatoris. Quod ut magis probem, facit carminum par, quod Anth. St. p. 202. in Machatam, & Chaeronidam, ambo Achivos, pro patria adversus Aetolos pugnando peremptos, legitur. Bellarunt Aetoli cum Achivis maxime sub initia regni Philippi, penultimi regis Macedoniae; qui regnare coepit anno primo Olymp. 140. & altero post Ptolemaeus Philopator in Aegypto. Μαχίται in uno illorum carminum non est nomen appellativum, sed proprium. Machetam Aetolum circa haec ipsa tempora memorat Polybius p. 302. et 304. ed. Wechel. Parum abest, quin ea carmina mihi persuadeant Damage- tum Achivum fuisse.

\* Vid. Interpret. ad Petron. c. 86.



ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΣ. Id dedi ad exemplum Dorvillii pro Δαμοστράτου, quod in editione Jenfiana n. 143. bis legitur. Quando vixerit hic Damostratus non liquet. Forte fuit idem cum Demostrato Apameense, senatore Romano, cujus Halieutica, seu de piscatione opus passim laudat Aelianus per Hist. Anim. libros, item Plinius, et Plutarchus de fluminibus. Vid. Fabric. Bibl. Gr. T. XIII. p. 138. unde constat eum, aut ad saeculum a Christo nato primum pertinere, aut eo certe juniorem non esse.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ. De DIOGENE LAERTIO, scriptore factis noto, quod dicam post Fabricium B. Gr. T. III. p. 600. nil habeo, neque de ipsius aetate magis mihi quam aliis viris doctis constat. Carmina ejus omnia tam in hanc nostram, quam in Planudeam Collectionem illata, desumpta fuerunt ex ejus Pammetro, quam toties crepat in vitis suis philosophorum. Ego equidem miror, non ipsi solum inepto auctori, quod mirum non est, sed aliis putida plerumque et frigida carmina placere potuisse.

ΔΙΟΔΩΡΟΣ. Tres reperio *Diodoros* diversos. Diodorum nude sic dictum, dein Diodorum Zonam, alias Sardanum; tandem et Grammaticum dictum. Carminis 593. titulus est Ζωνᾶ τῆ Σαρδανῆς ἔ καὶ Διοδώρου. Ergo Diodorus et Zonas unus homo est, et quae Zonae tribuuntur carmina, sunt eadem quoque Diodori. Sed obstare videtur Philippus, qui in praefatione ad suam Coronam in poetis suis tanquam diversos Zonam et Diodorum nominat. Sed facile est dubium hoc eximere. Zonae nomine intellexit Diodorum Sardanum rhetorem seniore, Mithridatico bello clarum, Diodori autem nudo nomine designavit, aut Diodorum Sardanum rhetorem juniorem, aut Diodorum grammaticum Tarsensem. Crederem tamen potius juniorem Sardanum

num rhetorem, Tiberii et Strabonis aequalem significari. De utroque Sardonio rhetore Diodoro seniore, Zona cognominato, et juniore, insignis est locus Strabonis pag. 931. ubi de claris Sardonianis sic ait: “άνδρες άξιόλογοι γέγονασι τοῦ αὐτῶ γένεσ, Διόδωροι δύο, οί ρήτορες, ὧν ὁ πρεσβύτεροσ ἐκαλεῖτο Ζωνάσ, άνήρ πολλὰς άγῶνας ήγωνισμένοσ ὑπὲρ τῆσ Ἀσίασ. Κατὰ ἧ τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασιλέωσ ἔφοδον αἰτίαν ἐχηκῶσ, ὡσ ἀφιστὰσ παρ᾽ αὐτῶ τὰσ πόλεισ, ἀπελύσατο πὰσ ἀφιστολάσ ἀπλογητάμενοσ. Τῶ ἧ νεωτέρου φίλοσ ἡμῖν γινομένου ἢ ἰσοεπιθ᾽ συζητάμεθα ἐπὶ, ἐ μέλη, ἢ ἄλλα ποιήματα τὴν ἀρχαῖαν γραφὴν ἐμφαίνοντα ἰκανῶσ.” De Grammatici aetate nihil quidem certi novi; colligitur tamen id e carmine Jeniano 36. eum in Italia, Romae, aut in Campania, saeculo secundo, aut tertio p. C. N. vixisse. Si quidem Diodorus hic grammaticus cum Diodoro grammatico Tarsense idem est, ut esse videtur, fuit aut antiquior Strabone, aut potius ei aequalis. Citatur enim ab ipso p. 992. *fin.* Latinae linguae eum gnarum, et cum Latinis versatum fuisse, id quoque testatur, quod, teste Athenaeo *glossas Italicas* scripsit, hoc est expositionem graecam vocabulorum Latinorum in scriptis Graecis occurrentium.

ΔΙΟΚΛΗΣ. Eundem puto hominem esse, qui modo Diocles nude, modo *Diocles Carystius*, modo praenomine *Iulii*, modo *Juliani* ornatus legitur. Carm. 40. Musae Stratonis est Diocles nude. Carmine 604. est additum gentile. In Anth. H. St. p. 72. audit Julius, p. 433. Julianus. Utrumque recte mea sententia. Solebant enim Graeci, sive Romae, sive domi agerent, in familiae alicujus illustris Romanae clientelam se dare, ejusque nomen adsciscere. Hinc factum, ut qui in Juliae gentis clientelam se daret, is non minus *Julianus* (quasi Juliis addictus) quam *Julius* audiret. Apparet hinc Dioclem Carystium epigrammatarium diversum ab illo celebri

celebri medico Diocle Carystio esse, qui tempore Antigonæ Gonatæ, regis Macedoniae, vixit, & ad eum celebrem de conservandæ sanitatis ratione epistolam dedit, quam Paulus Aegineta servavit. Vid. Fabric. Bibl. Gr. T. XII. p. 583. sqq. Ex ipso nomine *Julii*, aut *Juliani*, agnoscas hominem Graecum Romana civitate donatum, et illis Macedonicis temporibus juniorem. Fuit ergo, ni fallor, Julius Diocles Carystius ille rhetor, de quo Seneca in *Suaforiis* et *Controversiis*.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. Quare Boivinus in indice poetarum Anthologiae, quem T. III. Commentar. Acad. Inscr. p. 351. ed. Amst. dedit, hunc Dionysium *Andrium* appellavit, non exputo. Quod ut ab ejus conjectura profectum nullaque nixum codicis manu exarati auctoritate credam, facit id, quod vocem *Andrius* praeter morem in caeteris poetarum nominibus observatum uncinulis inclusit. Semel in Anth. St. p. 285. *b.* appellatur Κυζικηνός, ubique alias absque patriae mentione. Etiam in Florentina editione ibi loci, *Cycizeni* nomen abest. Ut dicere nequeam quam bene maleve, et quo auctore, et unde additum fuerit illud gentile. Equidem putem reliqua Dionysio tributa carmina esse illius Dionysii, qui cognomen *Musici* et *Sophistae* tulit, et sub Hadriano Imp. floruit, et Halicarnassensis a Suida dicitur. Vid. Fabr. Bibl. Gr. T. II. p. 794. Idem Fabricius Dionysium nude sic dictum a Cycizeno diversum statuit, et illum eundem conjicit fuisse cum Dionysio Antiocheno Sophista, cujus epistolae in collectione epistolarum Aldina et vulgo Cujaciana dicta extant. v. T. I. Bibl. Gr. p. 428. ubi conjicit eum Christianum & Aeneae Gazaei aequalem, hoc est saeculi IV. post C. N. scriptorem fuisse. Me quidem haec non movent, ut a superiore sententia mea decedam. Forte quoque

que Dionysius noster Sophista ( sic enim p. 478. Anth St. appellatur ) idem est cum Dionysio Milesio Sophista, Isaei Affyrii auditore, quem Adriano Imp. carum, et ab eo populis quibusdam haud obscuris praefectum, et in Museum Alexandrinum allectum fuisse, narrat Philostratus V. Soph. II. p. 522. Neque obesse hoc debet Aelium Dionysium, Musicum vel Sophistam cognominatum, Halicarnassensem appellari, et hunc Philostrato laudatum Milesium. Saepe iidem aliter a patria, a mansione citantur, praesertim si urbes vicinae fuerint. Sic Antipater homo Tyrius, tamen plerumque Sidonius appellatur. Pari modo potuit Dionysius idem modo Milesius, modo Halicarnassensis dici, quod una urbs ei natales, altera sedes dedisset.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΗΣ. DIOSCORIDAM ante Meleagrum vixisse, patet ex ejus ad suam Coronam praefatione vs. 24. Quando autem vixerit, non certo constat. Videtur in Aegypto vixisse imperantibus Ptolemaeis, inter Olympiad. 120. et 170. Colligitur illud multis e rebus. In Aegypto enim eum haesisse, patet ex ejus carminibus, quae Anth. St. p. 106. 206 et 224. leguntur. In nostrae collectionis carmine 295. appellat Arfinoen, quod nomen in Aegypto maxime et sub Lagidis celebre erat. Porro quum regna Syriae et Aegypti adhuc florerent, eum quoque floruisse, colligitur e frequente mentione, quam facit, sacrorum Adonis, vel Adoniafsmorum. v. Carm. 296. 362. et 609. item sacrorum Deae Matris a Gallis tunc temporis post Olymp. 125. introductorum. vid. C. 471. et 655. carmen 418. post carmen 417. seu Anytae scriptum fuisse, prodit vocabulum *ἄλλος*. Vixit ergo Dioscorides post Anytam, quae circa Olymp. 120. floruit. Forte fuit idem cum Dioscoride Cyprio, lusco, discipulo Timonis, qui sub Pto-

Ptolemaeo Philadelpho vixit. v. Diogen. Laert. fine L. IX.

ΔΙΟΤΙΜΟΣ. DIOTIMUS qua vixerit aetate, nullis indiciis comperio. Id unum novi, a Meleagro in poetis Coronae suae eum nominari. vf. 27. Nihil, quod norim, impedit quo minus hic Diotimus Anthologiae ille Diotimus rhetor sit, quem cum aliis decem collegis Antipater Macedoniae rex sibi ad supplicium dedi flagitavit, teste Suida v. Ἀντίπατος. Sane pag. 208. memoratus βασιλεύς hic nude est aliquis aut rex Persiae, aut Macedoniae; forte Alexander M. Diotimos complures recenset Jonf. II. 15. *fin.*

ΔΙΟΦΑΝΗΣ. DIOPHANES MYRINAEUS, quis fuerit et quando vixerit non novi. Parum tamen absfum, interea dum liquidiora cognovero, quin credam Diophanem hunc *Myrinaeum* eundem esse cum Diophane *Mitylenaeo*, quem magistrum Tib. Gracchi, et disertissimum sua aetate Graecorum, laudat Cicero Bruti c. 27. Forte in alterutra lectione vitium est, forte quoque ambae probae sunt, et simul consistunt, sic, ut una urbium illarum hominis patria, altera civitas et sedes certa fuerit. Quum non nisi semel nomen hoc Anthologia tota occurrat, venia danda est conjecturis nostris. Diophanem Bithynum Varro L. I. Rei Rusticae, inter scriptores rerum rusticarum recenset, cujus libros Pollio in compendium misit. Qui quin idem cum poeta nostro sit, nihil impedit.

ΕΙΡΗΝΑΙΟΣ. IRENAEUS *Referendarius* quando vixerit nullum superest indicium, praeter illud non satis clarum in ejus titulo *Referendarius*, qui CPlī condita et saeculo Theodos. posterior est. Male in Anth. St. Ἐρηναῖος appellatur.

ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΗΣ. ERATOSTHENES SCHOLASTICUS, quando vixerit, pariter non licet, nisi conjecturae eadem ratione assequi. *Scholastici* saeculo quinto et sexto appellabantur patroni caussarum. Prodit igitur hoc elogium Eratosthenem hunc Agathiae, etiam Scholastici, aequalem fuisse. Idem quoque indicat nomen *Anastasiae*, quod in ejus carmine p. 259. Anth. St. legitur. Nullam reperio Anastasiam in gente Anastasii Dicori, neque in gente Justiniani imp. in quam convenient ea, quae Eratosthenes ibi dixit. Videtur igitur ea foemina privatae conditionis fuisse.

ΕΡΥΚΙΟΣ, aut *Eryxios*, *Erycium*, aut *Eryciam*, ut eum Boivinus appellat, aut hominem Romanum sermone Graeco, aut Graecum Romano nomine usum fuisse, et sub imperio Roman. floruisse, nomen ipsum demonstrat. *Erucius* Romanum non Graecum nomen est. Cycizenus appellatur inscriptione carminis 577. quod etiam carmen ejus p. 233. Anth. St. quo Cycizi mentionem facit, et carmen alterum p. 339. quo Lampfacum et Hellepontum nominat, confirmare videtur. Post Olympiadem 125. eum vixisse, constat e Carm. 483. quo cultus Gallorum erga Matrem Deorum meminit. Florente Romanorum imperio illum vixisse, constat ex ejus carmine p. 233. Anth. St. Optime et aptissime aetatem ejus definit carmen in Parthenium, Homeri obtrectatorem, quod collectionis nostrae n. 597. exstat. Parthenius Phocensis fuit discipulus Dionysii Alexandrini, qui sub Nerone et Trajano claruit. Ergo quum Parthenius Trajano suppar fuerit, necesse est Erucium Parthenio, aut aequalem, aut supparem fuisse.

ΕΥΗΝΟΣ. Mihi non videtur ille Euenus elegiographus esse, Philisti discipulus, Platonis aequalis, de quo vid. Fabric.

## 34 NOTITIA POETARUM

bric. Bibl. Gr. T. I. p. 449. sed nostrum recentiorem existimo esse grammaticum, ut in titulo carminis Jenfiani 20. appellatur, forte eundem cum illo, qui Amatoria scripsit Arriano Epicteteo IV. 9. memoratum. Quod si appellatio Grammatici eo sensu deberet accipi, quo frequentabatur sequioribus saeculis et *scribam publicum, notarium*, significabat, (v. Du Cange Glossar. utrumque.) deprimendus hic Euenus ad aetatem Agathiae esset. Quod tamen non patitur hoc, quod Philippus Thessalonicensis eum in Catalogo suorum poetarum nominat. Eueno huic etiam tribuo Carm. 446. nostrae collectionis, quod ΘΥΛΛΑΟΥ prave inscribitur.

EYNOMIANOΣ. non est nomen proprium hominis, sed sectae. Carminis Jenfiani 40. titulus significat auctorem ejus carminis fuisse Eunomii haeretici sectae addictum. Ex altero addito ejusdem auctoris carmine apparet Eunomianum illum hominem Philostorgium, et historiam, de qua loquitur, historiam ejus ecclesiasticam esse, cujus excerpta Photiana adhuc hodie supersunt. Floruit ille Philostorgius exitu saeculi quarti p. C. N. v. Fabr. B. Gr. T. VI. p. 114.

ΕΥΦΟΡΙΩΝ. EUPHORIO *Chalcidensis* hic est, qui vixit circa Olymp. 126. teste Suida, qui plura de eo narrat, et cujus locum tractavimus ad Carm. 497. Alia plura de illo habet Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 678. Meleager eum in poetis suis nominat. Esset hic locus illud Carmen Cratetis, quod Salmasius T. I. Scriptor. Hist. Aug. p. 154. edidit, de Euphorione, Choerili studiosissimo, exponendi. Sed quum hic illum unum agam, ut aetates poetarum definiam, quae circa Euphorionem dubia non est, difficilis ille locus nos non morabitur. Id solummodo in transitu dicam, me  
Salmasio

Salmafio in eandem interpretandae dictionis *κατάγλωττα ποιήματα* rationem non assentiri, sed mihi videri sic dicta poemata ea esse, quae glossis, hoc est vocabulis rari usus et poeticis, scateant.

**ΖΩΝΑΣ.** Est idem cum Diodoro Sardonio rhetore seniore, qui in bello Mithridatico claruit, de quo supra diximus Sub **DIODOR.**

**ΗΓΗΣΙΠΠΟΣ.** Nihil potui certi de hujus **ΗΓΗΣΙΠΠΙ** patria, aetate et rebus expiscari. Forte fuit idem cum Hegesippo Tarentino, Crobylo dicto, comoediae mediae scriptore, de quo Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 764. Si fuit idem, necesse est eum aequalem Epicuro philosopho, quem in comoediis exagitavit, et Olympiadi 120. atque sequentibus fuisse. Nominat eum Meleager in poetis coronae suae versu 25. ubi ejus poesi *μανάδα βότρυον*, hoc est suavitatem simul et ignem, seu calidos affectus, tribuit.

**ΗΔΥΛΟΣ.** Etiam inter poetas Meleagri est. Vid. vers. 45. unde pastoralia eum scripsisse fere colligas ex epitheto *ἀγροία ἀρέτης ἀνθη*. Siculum eum appellat Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 718. forte a versu Meleagri modo dicto inductus. Sed *Sicilidas* non ad Hedyllum pertinet, sed est nomen per se positum, diversusque Sicilidas ab Hedylo. Hedyllus Atheniensis, an Samius fuerit, dubitat Athenaeus p. 297. Aetatis, qua vixit, aliqua indicia dat carmen illud, quod Anth. St. p. 521. ex Athenaeo praestat, in quo Ctesibii mechanici, et Arsinoes, reginae Aegypti, de gente Lagidarum, mentio fit. Vid. de hoc epigrammate Fabric. T. II. Bibl. Graec. p. 592. Unde conficitur eum aetate Ptolemaei Philadelphi vixisse. In titulo Carminis nostri 355: schedae La Crossii dabant *Παύλος*. Sane pro **ΗΔΥΛΟΥ** facillime potuit **ΠΑΥΛΟΥ** exarari. Et in dictione est aliquid si-



mile ingenio Pauli Silentarii. Crederem tamen nihilominus Hedyli esse dictum carmen, quia nomen illud insolentius est, quam Pauli, adeoque non facile a Pauli nomine ad nomen Hedyli librarii potuerunt deferri, nisi hoc in vetustis libris invenissent.

HPINNH. Erinnam Sapphonis aequalem fuisse, hoc est circa Olymp. 44. vixisse aiunt, et fortasse recte. Potuerunt enim plures Erinnae fuisse. Et sane circa patriam Erinnae discrepant auctores; alii Lesbiam, alii Tejam, alii Teniam perhibent; quod videtur ex eo natum, quod plures Erinnae essent. Potest tamen ex vitiosa lectione nata fuisse opinio, Erinnam Sapphus aequalem et familiarem fuisse. Nam Maximus quidem Tyrius Sapphus familiarem appellat *Ἐριννῆν*, Ovidius autem *Pyrinonem*. Sane inter HP et ΓΥΡ atque ΠΥΡ non multum discriminis interest. Id certum est illam odam Sapphicam, quam sub Erinnae nomine servavit Stobaeus ἐς Πάριον, in urbis Romae laudes esse scriptam, non in Fortitudinem. Cujus rei qui certus fieri cupit, lectione tantum opus habet; eaque oda non potest saltem ante Olympiad. 158. id est ante subactam a Romanis Graeciam fuisse condita. E carminibus nostrae Anthologiae nullum de aetate ipsius argumentum duci potest. Si autem revera Erinnae est illud carmen, quod cl. Wolff. sub ejus nomine edidit, et quod in Anth. St. p. 265. Anytae, aut juxta alios Leonidae tribuitur, et si illa Myro eadem est cum Myrone poetria, Byzantia, matre Homeri junioris, qui circa Olymp. 140. floruit, aliqualem speciem accipit Eusebii traditio Erinnam floruisse circa Olymp. 107. Sed forte pro εζ legendum est apud Eusebium εξ, hoc est 160. Id certum est a Meleagro eam in catalogo poetarum suorum laudari. In pronuntiando secutus fui morem usu receptum.

Nam

Nam *Herinna* debuerat potius efferri. Ab *Heron* masculino sit foemininum *Herinna*, ut a *Philon*, *Philinna*.

ΘΑΛΗΣ, vel potius ΘΑΛΛΟΣ, *Milesius*. Duobus quidem carminibus, 403. et 769. praescriptum est nomen Θαλλῆ. Sed rectius tertio, 484. Θαλλῆ. *Thallus* enim nomen est aetate florentis imperii Romani frequentissimum, qua auctorem illum vixisse ex eodem c. 484. constat, quo Caesarem, procul dubio Germanicum, Boivinus Tiberium vult designari, alloquitur, et vestigiis, aut si malis, tribunalibus avertis, hoc est D. Augusti, eum insistere jubet. *Thallus* quoque appellatur in titulo illius Carminis, quod p. 192. Anth. St. legitur, unde et Miletum ipsi patriam fuisse, et aetatem sub Romanis actam patet. Ego non dubito eum, qui p. 76. Anth. St. Σάτυρος Θύλλῳ appellatur, et p. 226. nude Θύλλος, eundem esse cum hoc Θάλλω, et hanc scriptio- nem meliorem esse quam alteram. Forte additum *Satyri* nomen distinguit eum a *Thallo* illo, cujus meminere Lac- tantius et Tertullianus, ut historici. Forte quoque idem est cum *Satyro* illo, quem nominat Plin. in Hist. Nat. Lib. XXXII.

ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ. THEAETETUS nude, et agnomine *Scholasticus*, dictus, idem procul dubio homo est. Quamvis enim carmen p. 249. Anth. St. antiquitatis notas prae se ferre videatur, notum tamen est recentiores poetas imitatos fuisse veteres, et ab iis argumenta desumpsisse. Caetera Theaeteti ferius saeculum produnt, cum dictio ampullosa, qualem saeculum Justinianum affectabat, tum nomina quaedam, et ipse titulus Scholastici, pro Advocato, non ante saeculum idem Justinianum usurpatus. P. 291. Anth. St. laudat aliquem Julianum, qui videatur idem cum Ju- liano Exconsule et Patricio, auctore Epitomes Novellarum  
Justi-

Justiniani esse. Vid. Fabricii Bibl. Gr. T. VII. p. 94. et Latin. T. II. p. 550. Pagina 360. Anth. St. laudat Theaetetus Domnini in administranda iustitia severitatem; quem Domninum praefectum Urbi sub Justino seniore fuisse e praecedente carmine Pauli Silentarii patet.

ΘΕΟΔΩΡΙΔΑΣ. Invenio exaratum, et Θεοδώριδας et Θεωείδης. Dabat Codex Lipsiensis in carminum 266. et 472. titulo hoc, illud c. 474. et 608. Carmini 30, et 41, Janseniano tituli quoque Θεοδώριδας appellant, et aliorum multorum in Anth. St. profantium, et ipse Meleager in Catalogo poetarum suorum, ubi e metro patet Θεοδώριδας huic viro nomen proprium fuisse. Alias posset ex Θεωείδης effici Θεαείδης, quod nomen Graecum quoque fuit. Vid. Anthol. St. p. 435. Puto quoque Θεοδώριδου legendum esse, pro Θεόδωρος in titulo C. 500. Nam etiam in Anth. St. haec nomina permutantur. Sic carmen quod in Anth. St. p. 214. Θεοδώριδης inscriptum est, id in Florentina prima editione audit Θεόδωρος. Non tamen putem illum Theodorum, cujus carmina duo Anth. St. p. 140. et 220. leguntur, et hoc quidem titulo *Theodori Anthi*, cum hoc *Theodorida* eundem esse. Confunduntur quoque nomina Θεοδώριδου et Θεοδώριτος, vel potius Θεοδώρητος. Recte editio Florent. Θεοδώριδου exhibet in titulo illius carminis, quod p. 235. Anth. St. sub nomine Θεοδώριτος legitur. Verum diversus a nostro est *Theodoritus*, aut *Theodoretus grammaticus* p. 291. Anth. St. Haec de nomine viri. De patria altum silentium. Videtur Aeoliae civis fuisse et aliquamdiu in Thessalia vixisse. Prius conjicio e carm. p. 214. Anth. St. Posterius e p. 206. et 235. Si constaret de vera lectione et sensu verborum Meleagri, quibus hunc poetam praedicat, posset priori sententiae, de Aeolide patria poetae ex illis argumentum duci.

Ait

Ait enim Meleager τὸν τε φαλακράϊον Θεωδωρίδω νεοθηλὴ ἔρπυλλον. Potuisset Meleager misso facto illo obscuro, longe arcessito, coacto et saepe frigido per metaphoras a floribus petitas sermone, clarius mentem suam exposuisse et poetas suos laudasse. Verum quandoquidem ipsi nugari et griphos loqui placuit, conjiciendum nobis est, quid eo dicto sibi voluerit. Si de probitate lectionis φαλακράϊον constaret, allegarem hoc pro argumento, quod evinceret Theodoridam ex Aeolide fuisse oriundum. Nam inter alias Phalacras Stephanus Byzantinus verticem, aut promontorium Idae sic dictum fuisse perhibet, unde nomen poetate potuit adhaesisse, et a Meleagro tributum fuisse. Verum editio Martiana praefationis Meleagreae ad Coronam suam ibi exhibet φαλάκρητον, unde patet legendum esse φιλάκρητον, *amantem vini. Qui amat vino misceri.* Quando vixerit Theodorides non certe constat. Id solum potest dici eum inter Heraclitum philosophum et Meleagrum, hoc est Olymp. 69. et 170. vixisse. Strictius determinare aetatem non valeo. Si constaret, eum fuisse illum Theodoridam Sicyonium, qui anno Ol. 148. 1. cum Lycorta Polybii patre, a Philopoemene ad Ptolemaeum Epiphanem Alexandriam legationis obeundae causa missus fuit, teste Polybio Excerpto 37. Legat. constaret de ipsius patria et aetate. Verum hoc non majore affirmari jure, quam negari, potest. Meminit Mnafalcae Plataeensis, quem imitatorem Simonidis fuisse ait. Sed quando vixerit ille Mnafalcas, et an secum, non significat. Si certum esset, quod perhibet Strabo, Sotadem primum de eo sic dictos λόγους σωταδικὸς scripsisse, constaret de nostri Theodoridae aetate. Nam Suidas Θεωδωρεῖαν etiam inter scriptores Sotadicos refert. v. Σωτάδης. Quod nomen e Θεωδωρίδης aut contractum, aut potius corruptum est. Ille Sotades

des sub Ptolemaeo Philadelpho vixit, qui eum iussit cistae plumbeae inclusum mari mergi. Athenaeus tamen etiam ante Sotadem scripsisse alios Sotadica ait. Vid. Leopard. Emend. XIII. 10. et Fabric. T. I. B. Gr. p. 789.

ΘΕΟΦΑΝΗΣ. Est ille THEOPHANES, cujus Chronographiam habemus, scriptor Saeculi IX. post C. N. monachalis quidem et barbarus, hoc est superstitiosus et dictione sordidus, permagni tamen faciendus ob argumentum. De quo vid. Fabricii Bibl. Graec. T. IV. pag. 152.

ΘΕΩΝ. THEONEM *Alexandrinum* philosophum Hypatiae celebris ab eruditione foeminae, sed quae tristem vitae exitum sortita fuit, patrem claruisse circa finem saeculi a C. N. quarti notum est. Vid. Fabric. Bibl. Gr. T. IV. p. 451. et I. A. Schmidii Diff. de Hipparcho, Theonibus, et Hypatia Ienae anno 1691. editam.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ. Thucydides historicus quando vixerit, nemini latet, qui quidem rerum Graecarum et belli Peloponnesiaci notitiam ullam habeat. Nomen celeberrimum inscriptum video carmini 558. Sed non invenio verba, quibus exprimam indignationem meam, et quibus increpem illum nebulonem, qui tanto nomini tantam maculam adspersit, et tam inficetum sequioris aetatis, et ingenii foetum tribuit. Forte est Thucydidae alicujus; non est tam nobilis scriptoris atque ille fuit, cujus nomen mentitur.

ΘΥΗΛΛΑΟΣ. Hoc nomen praescriptum est Carmini 446. nostrae Collectionis. Verum in notis ad h. l. jam dixi me non dubitare, quin corrupta ea vox sit, et ejus loco restituenda ΘΥΗΝΟΣ. Possset quidem ei patrocinari videri nomen Θύλλος, quod Anth. St. p. 76. bis et p. 229. legitur. Sed illud quoque corruptum est, et pro eo legendum Θάλλος. Quod idem si quis titulo carminis nostri 446. restituere malit, ego

non

non intercedam. De Thallo paullo ante dixi. Pro *Θηλαίε* corruptius fuit in Codice Guieti *Θηλαίε*. *Thnelaum* certe nominat index Boivini Comm. Acad. Inscript. T. III. pag. 353. Unde patet mendam hanc omnes codices permansisse.

ΘΥΜΟΚΛΗΣ. Quis fuerit et quando vixerit, cuius unicum carmen Musa Stratonis praestat, editum a Dorvillio, non dixerim. Rarius nomen. Observavi tamen in Anthol. Planudea. Frequentius occurrit *Τιμοκλῆς*. Sitne igitur noster *Θυμοκλῆς* idem cum Timocle Comico, de quo vid. Fabr. Bibl. Gr. T. I. pag. 793. non dixerim. Si fuerit, liquet eum aetate Demosthenis et Hyperidae vixisse, quos exagitat. Vid. Excerpta Tragic. Grotiana p. 689.

ΙΛΙΟΣ. *Ἰλιε Λεωνίδου* inscriptum erat in C. L. carmine 26. Musae Stratonicae. Ubi Schedae La Crozii dabant *Ἰελίε*, notato tamen in margine, codicem Palatinum *Ἰλιε* praestare. V. quae dicemus sub *Λεωνίδης*.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ. In JULIANI *Aegyptii*, cui carmen 741. tribuitur, aetatem inquisivi in notis ad eum locum, quo lectores ablego. Videtur homo saeculi Theodosiaci fuisse.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ. De CALLIMACHI *Cyrenaeici* aetate factis superque constat, ut opus non sit multa de ea disputare. Vixit, ut paucis dicam, sub Ptolemaeo Philadelpho, id est circa Olymp. 130. Vid. Fabr. Bibl. Graec. T. II. pag. 480.

ΚΙΛΛΙΑΚΤΩΡ. Boivinus l. c. *Celliactorem* appellat. Nomen *Κιλλιᾶκτος* praescriptum Carmini 290. significavi, nota ad eum locum, mihi suspectum videri. Incidi deinceps in suspicionem legendum esse *Κιλλία τῷ ῥήτορι*. Sane si statuas librarium, lacuna omitta, extrema ambo conjunxisse, facile ex *ΚΙΛΙΑ — ΗΤΟΡΟΣ*, (id est *Κιλλία τῷ ῥήτορι*) efficias *Κιλλιακτος*.

διάκτορος. Quando vixerit Cineas rhetor, non liquet. Memoratur tamen a Stephano Byzantino et Scholiaste Pindari. Volunt quoque viri docti pro Καινεὺς apud Laertium IV. 2. Κινίως legendum esse. In quo si rectum viderint, apparet Cineam rhetorem, quem conjicio carminis dicti auctorem esse, post Isocratem et Speusippum, forte non multo tempore post ambos, vixisse. Lambec. in Prodromo p. 221. ed. Fabr. Cineam in seculum ante aeram Christianam tertium, hoc est illud, quo Theocritus et Callimachus vixere, collocat.

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΣ. Sitne CLAUDIANUS, cui Graeca aliquot Anthologiae utriusque carmina inscribuntur, idem cum claro poeta Latino saeculi Theodosiani, neque novi, neque definitum a viris doctis video. Causam tamen nullam video, eidem homini, qui Latina poesi polluit, Graecam abjudicandi, quum pater ejus fuerit Graecus, ut existimant viri docti, et ipse natus fuerit Alexandriae, qua in urbe Graecus sermo obtinebat, et ipse alia quoque Graeca, nemine dubitante, scripserit, ut Gigantomachiam. vid. Fabr. Bibl. Lat. T. II. pag. 120. seqq. Tandem in utroque dithyrambicum, tumidum, dicendi genus deprehenditur.

ΚΟΙΝΤΟΣ. Difficile est dicere quis fuerit et quando vixerit hic. *Quintus* sic nude designatus in unico carmine, e quo ne id quidem tuto licet colligere, hominem in Bithynia vixisse. Videri queat idem cum Quinto Calabro, aliis Smyrnaeo dicto, esse. Sed neque hujus aetas cognita est, neminique nuper de ea in erudita Corfinii ad Herculem Farnesianum dissertatione disputatum legisse. Hominem Romanum, hoc est aut gente Romanum, aut saltem civitate donatum Romana Graecum hunc poetam fuisse, adeoque sub Imp. Romanis, primo aut secundo post C. N. saeculo floruisse, ex ipso

ipso nomine constat. Commemorat Fulgentius in Libro de prisco sermone, 2. *Fabium Lucillum in epico carmine*, qui forte idem est cum hoc et Q. Calabro. Sed auctoris illius fides in laudandis auctoribus suspecta est. Pag. 415. Anth. St. habetur carmen *Κοίτης Μαιξίς* 2. *Metii*, qui sitne idem cum nostro hoc, non novi.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΑΣ. Utinam omnes poetae Anthologiae, pariter atque Crinagoras, studuissent impressa suis carminibus aetatis suae signa relinquere, et non tantopere sibi in ludicris, levissimi momenti rebus, unde nihil discas, placuissent. In carminibus Crinagorae nomine inscriptis non unius aetatis hominem, sed duarum valde diversarum duo diversos homines reperio. Plurima quidem significant indicia, Crinagoram aetatem D. Augusti Caesaris, et nonnullos Tiberii Caes. annos exegisse. Sunt tamen etiam alia quae Crinagoram sub Philadelpho Ptolemaeo quoque vixisse suadent. Quae cum in unum eundemque hominem non cadant, necesse est statuere duo Crinagoras fuisse, unum antiquiorem, forte in Aegypto commoratum; alterum recentiorem, qui Romae vixit, Augusto et ejus genti familiaris, forte idem cum illo, quem Strabo p. 918. inter doctos Mitylenaeos numerat aetate sua claros.

Antiquiorem igitur illum Aegyptium haec signa produnt; primum, Carmen 669. quo nuptias Berenices, filiae Magae, regis Cyrenarum, cum Ptolemaeo Euergeta, filio Ptolemaei Philadelphi, gratulatur; quod ferme in Olympiad. 133. incidit: ut ad eum locum demonstravi. Huic antiquiori Crinagorae etiam tribuo carmen in Praxagoram. Nam sic alloquitur hunc celebrem medicum p. 346. Anth. H. St. ut ad vivum, non diu defunctum, sermonem esse liquido appareat. Fuit autem Praxagoras suppar Aristoteli,



magister Herophili; unde facile juvenis Crinagoras eum videre, et de eo audire, potuit.

Illius autem junioris Crinagorae, in carminibus, multo plura et luculentiora supersunt signa saeculi Augustei, quae demonstrant hominem Augusti genti familiarem clientem fuisse. Disponam illa secundum ordinem temporum, quae quidem certis annis adstringi possint; vaga ad finem reiecturus. Carmen igitur Crinagorae, quod Anth. St. p. 38, legitur, et illi, ad quem scriptum est suadet, ut se curet sacris Eleusiniis initiari, ad Augustum et A. V, 723. pertinet, quo Augustus illis sacris se sinebat initiari, teste Dione p. 635 \*. Carmen, quod in Collectione Jensianna n. 15. legitur, in fontes Pyraeneos Augusto salubres, ad A. V. 729. pertinet, quo Augustus expeditione in Cantabros suscepta, cui Marcellus aderat, gravissimum in morbum incidebat, a quo restituebat eum usus fontium illorum et Antonii Musae cura. Carmen pag. 95. Anth. St. quo Crinagoras Marcello, Augusti ex Octavia sorore nepoti, Callimachum offert, et optat hortaturque ut aliquando Callimachi heroem, Theseum, referat, paulo ante illam expeditionem scriptum est. Paulo post eandem expeditionem, hoc est A. V. 730. gra-

\* Graeci olim, penes quos celebriora et insigni cum pompa peragenda sacra essent, missitatis longe lateque legatis et navibus, (*Θεωγῆς* et *Θεωρίας* appellabant) reges et res publicas, ad frequentanda et participanda sua sacra invitabant. Sic narrat Polybius Excerpt. legat. 81. ab Atheniensibus duas *Θεωρίας* Alexandriae fuisse, *μίαν ὑπὲρ τῶν Παναθηναίων, ἄλλην περὶ τῶν μυστηρίων*. Ibidem memorat aliam Achaeorum legationem *ἐπὶ τῷ ἀνταγωνιστῶν ἔργῳ*, quod certamen apud Achaeos etiam sacrum fuit. Hodie in Jubilaeis idem facimus. Amant omnes sua, et plaudunt sibi in multitudine consentientium. Fomentum illud superbiae est.

tulatur

tulatur Crinagoras carmine, quod p.440. Anth. St. legitur, eidem Marcello reditum ex Hispania, et edita ibi virtutis specimina. Marcellus haud multo post, hoc est A. V. 731. obiit. Hujus Marcelli uxorem, Juliam, Augusti filiam, ducebat eo mortuo in matrimonium M. Vipsanius Agrippa; unde nati Caius et Lucius, nepotes Augusti ex filia; quorum posteriorem, Lucium, videtur Crinagoras alloqui illo carmine, quod in nostra collectione n. 478. est, adeoque inter annum V. 737. quo natus fuit Lucius Agrippa, et A. V. 755. quo obiit, conditum fuit. Carmen 542. est gratulatio ad foeminam illustrem non nominatam, ob diem ejus genialem, quem Crinagoras proximum esse ait nuptiis ejus celebrandis. Conjectio hanc esse Antoniam minorem, Octaviae, Augusti sororis, ex M. Antonio triumviro filiam, circa A. V. C. 716. aut 717. natam, et Liviae filio, Druso, Augusti privigno, desponsatam A. V. 746. circiter. Ad eandem Antoniam pertinere carmen 670. (Jensian. 19.) quo Crinagoras ipsi Anacreontis carmina dono mittit, docuit cl. Dorvillius Vanno Critica, ut ad eum locum monstravi. Sed Romae id factum, non Athenis, quod existimavit V. Cl. Eidem Antoniae instantem partum gratulatur, illum forte, quo ea celebrem heroem Germanicum A. V. 748. edidit carmine 487. Ad eundem Germanicum Germanos domantem pertinet carmen, quod Anth. St. p.6. legitur, adeoque ante A. V. 770. quo in Asiam e Germania transiit Germanicus, conditum fuit. Eiusdem Germanici partas in oriente de Parthis victorias praedicat carmine, quod A. V. 771. aut 772, quo insidiis Tiberii Germanicus periit, ante mortem ejus tamen, conditum fuit, et pag. 297. Anth. St. exstat. Haec sunt carmina Crinagorae, quae ad D. Augustum ejusque gentem pertinent. Ad eundem

## 46 NOTITIA POETARUM

dem quoque Augustum refero carmen illud Crinagorae; quod p. 46. Anth. St. legitur de capra a Caesare ductitata, ejus lacte uso.

Vaga haec sunt ejusdem carmina, hoc est non satis claris indiciis illustrata, ut ad certos annos referri queant; satis tamen produnt, auctorem et inter Romanos, et Augusto aevo vixisse. Carmine 727. meminit Bathylli gratiarum in saltando, quem celebrem sua aetate carumque Augusto et Maecenati histrionem e Dione Cassio novimus. Carmine 477. alloquitur aliquem Proclum, forte illum, qui A. V. 790. seu extremo Tiberii, Cos. fuit, sed tunc temporis, quum Crinagoras una cum illo carmine instrumenta scribendi ad eum mitteret, admodum adhuc puerum, elementa literarum docendum. Pag. 213. memorat aliquem Philostratum regibus (Aegypti puta) familiarem, mortuum, amicitia regia magnas opes adeptum; quem viri docti existimant Philostratum philosophum esse, Cleopatrae, ab Augusto victae, carum, quam Cleopatram, ejusque fratrem atque maritum Ptolemaeum ultimum Aegypti regem, Crinagoras proculdubio significat τῶν βασιλέων nomine. Vid. Fabric. B. Gr. T. IV. p. 54. Eadem p. 213. Anth. St. legitur aliud Crinagorae carmen in aliquem Seleucum extremis in Iberis bello absumtum; qui videtur unus fuisse militum, quos Augustus adversus Cantabros secum in Hispaniam et Lusitaniam ducebat A. V. 729. Liberos domus Augustae sub Tiberio, forte quoque Claudio, si Crinagoras eo aetatis excedere potuit, libertati Graeciae, et praecipue urbis olim clarissimae Corinthi insultantes, videtur Carmine 666. exagitare. Quinam sint Gemilla p. 480. Anth. St. et Crispus p. 292. memorati, non dixerim. Crispus Sallustius historicus equidem non videtur esse. Sed satis de  
Crina-

Crinagora, qui qua aetate inter homines fuerit, satis superque constat.

ΚΥΡΟΣ ὁ ποιητής. Fuisse Cyrum poetam aetate Theodosii junioris clarum, patet e carmine 633. nostrae collectionis. Quare, quum Anth. St. p. 362. domum alicujus Maximini laudet, necesse est, non eum esse Maximinum, praefectum praetorio Italiae, sub Justiniano Imp. cujus meminit Procopius L. II. de bello Gothico c. 39. quod existimavit cl. Du Cange Constantin. Christ. p. I. II. p. 174. sed potius illum Maximinum significari, qui sub Theodosio juniore quaestor palatii fuit, in Cod. Justin. memoratus. Vid. Fabricium B. Gr. T. XII. p. 341. De significatione et origine vocis ποιητής illis posterioribus saeculis egi ad Constantin. Porphy. Ceremon. p. 139. C. 1. et 159. B. 2.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ. CONSTANTINUS *Rhodius* et alter *Siculus* hac in Anthologia nostra occurrunt. *Rhodius* mihi videtur idem esse atque *Constantinus Cephalas* auctor nostrae Collectionis. Aetatem ipsum suam prodidit, et parentes patriamque in Carmine 638. quo ait se, filium Joannis et Eudociae regnante Leone et ejus fratre Alexandro filioque Constantino, Lindo oriundum, Rhodi oppido, crucem in patria dedicasse. Vixit ergo saeculo decimo p. C. N. ineunte, et scripsit illud carmen circa A. C. 906. 911. nam illo natus fuit celeberrimus ille tot libris relictis Constantinus, hoc a studiis literarum quoque clarus Leo, pater ejus, obiit.

*Siculus Constantinus* videtur hujus Rhodii magister fuisse. Quod conjicio e titulo τῆ μακαρίου qui ipsi tribuitur c. 637. Videtur circa eadem tempora vixisse; quandoquidem carmen scripsit, ad quod Theophanes historicus saeculi IX. respondit. Vid. C. 636. et 637. Forte est idem ille Constantinus

## 48 NOTITIA POETARUM

stantinus Sículus philosophus, cujus carmen graecum alphabeticum Anacreonticum super periculo parentum et fratrum suorum in mari, MStum in bibliotheca Cesarea memorat Lambecius, indice Fabricio Bibl. Graec. T. X. pag. 282.

ΛΑΚΩΝ. LACONI tribuunt aliqui carmen 458. quod alii Philippo Thessalonicensi. De Lacone poeta altum apud omnes silentium, neque reperio in ipso illo unico carmine, quod aetatem ejus demonstret. Viderint doctiores erremne si dicam Laconem hunc eundem esse cum illo *Lacone*, quem Tacitus VI. ad annum V. 786. *Pompejæ Macrinae* focerum, et inter primores Achaeorum ait a Tiberio afflictum fuisse.

ΛΑΥΡΕΑΣ. Est proculdubio idem atque Τύλλιος Λαυρέας *Tullius Laureas*, cujus unicum carmen in Anth. St. p. 279. legitur. Carmen unum ejus aliud legitur in Musa Stratonis n. 28. nempe hoc, quod sic ponam ut legendum existimo:

Εἶ μοι χαρτόσυνος Πολέμων κῆ σῶθ' ἀνέλθοι,  
 Οἷος ἀπῆρε, νεῶν κέρρανε, πεμπόμεινθ',  
 Πέζειν σὸκ ἀπόφημι τὸν ἐρηροθόαν παρὰ βωμοῖς  
 Ὅρην, ὃν εὐχολαῖς ὠμθλόγησα τεαῖς.  
 Εἰ δ' ἔπ' τῶν ὄντων τότε ἢ πλείον ἢ κῆ ἔλασσον  
 Ἐλθοι ἔχων, λέλυται τὰ μὲν ὑποχέσιον.

Tullium hunc Lauream libertum M. Tullii Ciceronis fuisse, de quo nomen etiam habuit, novimus e Plinii L. XXXI. 2. ubi carmen ejus Latinum in thermas Ciceronianas conservavit. Unde de ipsius aetate constat. Sunt, qui libros ad Herennium celebri Tullio, patri patriae, adjudicato, huic ejus liberto cognomini tribuunt. Vid. Fabric. Bibl. Lat. T. I. p. 105.

ΛΕΩΝ.

ΛΕΩΝ. LEO *philosophus*, cujus in Anthologia nostra carmina quaedam leguntur, et unum p. 1. Anth. St. non est ille sic dictus Leo philosophus Imperator CPtanus, qui A. C. 911. obiit, neque alter Leo philosophus ei aequalis, de quo v. Allatius de Psellis p. 2. sqq. sed est Leontius ὁ Ἑλλην, pater Eudoxiae, quae ejurata patria, hoc est pagana, religione, Theodosio juniore nupsit. Quod ad carmen 636. et satis clare ni fallor demonstravi. Saepe confunduntur haec nomina, Λέων, Λεόντιος, et Λεωνίδης. Ita carmen 364. codex Lipsiensis *Leoni* tribuit, male, Dorvillio iudice, qui *Leonidae*tribuendum ait. Et sane in Catalogo Symmiſton Leonis Allatii, libro VII. tribuitur Leonidae Tarentino, cujus etiam proculdubio est. vid. Fabric. Bibl. Gr. T. XIV. p. 14. Quis ille Leo philosophus, discipulus Constantini sit, quis Constantinus ejus magister, quorum ἀμφοτέρωθεν carmina se editurum Allatius ibidem promittit, equidem nescio. Leo, seu Leontius noster, cognomine philosophus, item ὁ Ἑλλην, seu gentilis dictus, bene distinguendus est a Leontio Scholastico Anthologiae Planudeae.

ΛΕΩΝΙΔΗΣ. Duo LEONIDAE nobis occurrunt in Anthologia, unus *Tarentinus* cognominatus, alteri praenomen est Julius. Ille antiquior, hic recentior. Verum illius antiquioris poesis adeo in rebus levibus occupata, et tam cassa doctrinae historicae est, ut in octoginta ferme carminibus ejus, quae supersunt, vix unicum supersit, e quo constet eum Pyrrhi Epirotae aetate, hoc est circa Olympiad. 126. vixisse. Et esset absque Pausania, e sola certe Anthologia ne illud ipsum quidem tuto posset colligi, sed dubium superasset, celebraveritne victoriam aetate sua partam, an luserit in casum veterem, quod multi poetae Anthologiae fecerunt. Verum tamen quum Pausanias p. 31.

illud ipsum epigramma absque auctoris nomine referat, quod Anth. St. 443. Leonidae tribuitur, eoque constat, non lusum ingenii id esse, sed ipso in opere et eo conditum tempore, quum illa victoria Pyrrho contigisset, quam celebrat; praetereaque ibidem loci Leonidae duo alia carmina legantur ad bellum Tarentinum spectantia, dubium nullum superest de poetae aetate. Historiam illius carminis referre parcam; narrat Pausanias l. c. spectat ad victoriam, quam Pyrrhus ab Antigono Gonata, rege Macedoniae, et junctis illi Gallis aut Celtis, anno Olymp. 125. tertio reportavit. In reliquis Leonidae carminibus aut nulla sunt aetatis indicia, aut perobscura, aut ea denique, quae significant, post quos Leonidas Tarentinus vixerit, non quibuscum. Bellum Tarentinum videtur eum patrio solo abstraxisse in exsilium, quod e carminibus 530. et 764. nostrae collectionis colligo.

Leonides alter junior, Alexandrinus Julius, aut potius Aelius dictus, floruit sub Nerone, Vespasiano et Hadriano, hoc est a A. V. 812. ferme usque ad 880. seu Christi 59--127. Passim se nominat *Niligenam*, seu Aegyptium. Ut C. 659. et 795. Titulus carminis p. 428. Anth. St. eum claris verbis Alexandrinum appellat. p. 96. aliquamdiu se studiis operam dedisse ait, antequam nobilibus Italis innotesceret. Unde patet eum Romae in familiaritate procerum vixisse. Carm. 656. Caesari aquarum Cutiliarum, quae in Sabinis haud procul Reate sunt, usum salutarem gratulatur. Qui Caesar, aut Titus est, qui A. V. 833. in illis exstinctus est, aut potius pater ejus Vespasianus, qui anno proxime praegresso ibidem vitae finem invenit. v. cl. V. Petri Wesselingi epist. ad Herm. Venema, et Reimar. not. ad Dion. Cass. p. 1090. Quem Caesarem alloquatur  
 carmine

carmine 658. non bene novi. Sub Nerone eum vixisse, non tantum ex eo liquet, quod p. 429. Anth. St. Agrippinam Neronis matrem alloquitur, (quamvis enim illud carmen ei non tribuatur, est tamen ejus proculdubio cum omnibus reliquis illo titulo comprehensis : ) verum etiam e carmine Janseniano 144. quo Poppaeam alloquitur, Neronis uxorem, quem more adulantium levium Graeculorum *Δία* appellat. Quum igitur C. 658. dicat Nilum aliquem, hominem, ut videtur Alexandrinum, Romae incolam, hecatombam ex voto sacrificasse ob felicem Caesaris reditum, dubium est Neronemne e Graecia, an Vespasianum, an denique Hadrianum, ambos ex Aegypto, reduces significaverit. Nam sub Hadriano eum vixisse non tantum carmen pag. 289. in Epictetum, celebrem philosophum, sed etiam alia probant, in quibus Caesaris ad ornandas literas propensionem animi laudat, quae carmina singula annotare oblitus fui, quum legerem. Illum Dionysium, quem C. 657. alloquitur, non dubito esse Dionysium Sophistam, Musicum dictum ideo, aut quod historiam Musicam scripsit, aut quod ab Adriano Imp. in Museo alebatur, vid. supra dicta v. *Dionysius*. Pappus, quem C. 659. laudat, videtur quoque celeberrimus Mathematicus Alexandrinus esse, quem quamvis Suidas ad tempora Theodosii rejiciat, ego tamen nihil reperio, quod impediatur, quin dicamus, eum sub Hadriano Imp. vixisse, et Suidam falsa tradidisse. Nullum enim scriptorem in iis, quos citavit Pappus, reperio, quorum indicem dedit Fabricius B. Gr. T. VIII. p. 206. saeculo post C. N. secundo juniorem.

ΜΑΙΚΙΟΣ. MAECIUS vel METIUS quando vixerit, e paucis ejus, quae in utraque Anthologia supersunt, fragmentis intelligi nequit. Hominem Romanum fuisse appa-



ret ex ipso nomine *Metii*, et e nomine *Cernelii*, quem laudat Anth. St. pag. 479. P. 415. *Quintus* appellatur. Credit Fabricius B. G. T. II. p. 720. eum Etrusci Messenii aequalem fuisse, propterea quod Hieroclidem piscatorem uterque carmine celebrant; non satis firmo argumento. Nam potest nomen illud fictum esse, aut unus alterum imitatus fuisse. Et quando tandem vixit ille Etruscus Messenius? Ipse quidem non dicit, neque aliunde constat. Metium hunc illum Metium Tarpam esse, auditorem criticum poetarum in aede Apollinis, Horatii aequalem, eique memoratum Satyr. I. 10. 38. aut Metium hunc eundem esse cum Metio Pomposiano, Vespasiani aequale, et deinceps a Domitiano sublato, de quo v. Dio Cass. p. 1110. aequo jure affirmatur atque negatur. In titulo carminis 661. appellatur *Marcius*, quod in *Maecii* nomen nomen refingendum esse nullus dubito.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΣ. MACEDONIUM ὑπάτου et ἀπὸ ὑπάτων / Cof. et Excof. plerumque dictum, Agathiae et Pauli Silentarii, hoc est Justiniani M. aequalem fuisse, Suidas et dictio poetae testantur; in cujus tamen reliquis carminibus bene multis temporum certae et conspicuae notae nullae exstant. Illi quoque tribuo carmen quod p. 96. Anth. St. sub titulo *μακεδόνος* legitur. Pro quo *μακεδόνος* reponendum esse videtur. Nam dictio *Macedonio* potius, quam *Antipatro Macedoni*, aut alii cuidam *Macedoni* cognominato, convenit.

ΜΑΡΚΟΣ, v. Ἀργεντάριος.

ΜΑΡΙΝΟΣ. Marinus hic est ille Neapolitanus Syrus, qui Procli magistri vitam, a Fabricio editam scripsit, saeculo quinto post C. N. adolescente. Vid. Fabric. Bibl. Gr. T. VIII, pag. 463. quem tamen in constituenda Procli Marini-  
niquē

nique aetate humanum quid passum fuisse demonstravi ad C. 755.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ. Celeberrimum in Anthologia Graeca nomen MELEAGER, primus auctor hujus instituti, paucis tamen temporis sui notis illustravit ingenii sui monumenta, quae satis multa in utraque Anthologia supersunt. Ego equidem nullum inveni luculentius indicium aetatis, quam in illo carmine quod collectionis nostrae n. 620. exstat, et laudes Antipatri canit, Sidonii puta, seu Tyrii, quem supra demonstravi circa Olymp. 160. floruisse. Deinde testatur de ipsius aetate catalogus poetarum, quos coronae suae intexuit, quem Salmasius *coronae pancarpiae* nomine citare solet, et paulo post recitabimus, in quo sunt quidam illa aetate non multum antiquiores. Diogenes Laertius VI. 99. eum Menippo aequalem vixisse ait, et eodem atque ille genere dicendi usum fuisse, hoc est ludicro, iocoso, fannarum pleno, in rebus non magni momenti versante, animi magis delectandi gratia, quam erudiendi. Levia certe multa, pleraque etiam pudenda sunt, quae supersunt Meleagri. Et ipse fatetur Menippeis gratiis lusisse. Verum qua aetate in hominibus fuerit Menippus non constat. Si Diogenis Cynici discipulus fuit, quod existimat cl. Fabricius T. II. Bibl. Gr. p. 364. fuerit Meleager aequalis temporibus regum Alexandri M. provincias lacerantium, hoc est Olymp. 118. ferme. Verum vulgo, nescio quo auctore, eum sub Seleuco VI. Syriae rege vixisse aiunt, hoc est circa Olymp. 170. et recte quidem. Parentem patriasque diversas et vitae fata ipse non uno carmine curavit celebrari, ut p. 208. Anth. St. ubi ait *insulam Tyrum fuisse nutriculam suam, at se genuisse Atthidem in Assyriis Gadaris habitam*; quod sic accipio, ut dicat poeta se ortum e populo

pulo ex Attica oriundo in urbe Syriae Gadara habitante, quacunq̄ demum de caussa illuc migraverit. Ἀτθῆς penes me non est nomen proprium vici, pro quo tamen aliis habetur. Aut si coactius et circumductius hoc videatur, potest *Atthis* pro matris nomine accipi. Ibidem ait patrem fuisse *Eucratam*, et gratis Menidpeis *συνπροχάσαι*, hoc est sese exercuisse, similitudine ab illa gymnastica *τροχλασία* vel *κοιμηλασία* desumta. Vult dicere Menippeas facetias ita versasse et exercuisse frequenti varioque usu in dicendo et scribendo, ut pueri rotas in gymnasiis. Deprecatur porro gentis infamiam. Syrum se esse, verum pares nascendi conditione omnes homines esse; sapientiam et virtutes penes unum populum non residere. Male nempe audiebant Syri, ut proditores, dolosi, timidi, levisque animi homines, pigri, falaces, et superstitiosi. Annis valde se profectum sibi condidisse vivum adhuc tumuli sui inscriptionem. Hinc patet recte illi ab editione Florentina prima Anthologiae tribui carmen illud quod p. 280. ed. St. εἰς Μελέαργον tantum inscribitur, non *Μελέαργος* ut est in Flor. tanquam si alterius esset. Verum est ipse Meleagri, eademque paene iterat. Conf. quoque C. 614. et 615. item Vavassor. de epigrammat. apud Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 682. Martinum in Epistol. p. 185. et ipse Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 360. et p. 720. Corona, seu Anthologia carminum Graecorum a Meleagro condita fuit gemina; una in amores puerorum; quam Strato deinceps auxit, eo successu ut ea, obliterato Meleagri nomine, de solo Stratone nomen acciperet; hanc Agathias, item Planudes, a suis collectionibus arcuerunt; altera in amores puellarum et omnes humanae vitae casus atque instituta, quam Agathias, Cephala et Planudes, ad ingenium quisque suum, refinxerunt.

Quod

Quod argumentis deinceps afferendis probatum dabo. Praeter hanc geminam Coronam seu Anthologiam scripsit quoque *χάριτας* et *πρὸς δόξων*, nec non *Symposium* et *σύγκρισιν λεκίτου καὶ φακῆς*; ut ex Athenaeo et aliis auctoribus viri docti ad Laertii l. c. et modo laudati. Praefationem illam, quam dixi, Coronae praemissam, nominaque poetarum edentem, quorum floribus fertum hoc contextum a Meleagro fuit, quamvis ter jam editam, a Vavassore primo, cap. XVI. libri de epigrammate, tum a Martino in Epistolis, tandem a Fabricio in secundo vol. Bibl. Graecae, illo, quo dixi, loco: tamen facere non possum, quin eam hoc loco iterum, praesertim quum in serie praeterita fuerit. Excipit autem in C. L. Anthologiae Constantinianae carmen 621. Sic autem illa praefatio habet.

Μῦσαι φίλας, ἦνι πάνδε φέρεις πάγκρατον ἀοιδῆν;

<sup>1</sup> Ἡ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθετῶν σέφανον?

<sup>2</sup> Ἄνυσε μὲν Μελέαγρον, ἀελζάλα δὲ Διοκλεῖ

Μναμόσυνον ταύταν ἐξεπόνθησε χάριαν,

1 De appellatione hujus collectionis, *πάγκρατος ἀοιδῆ* sub finem hujus praeloquii dicetur pluribus.

2 Id effeci e lectione Martini *ὑμνοθέταν*, quae forte non paucis placebit. Est Dorice pro *ὑμνοθετῶν poetarum*. Quum Vavassori librum ipsum ad manum non habeamus, non possumus, neque hoc loco, neque deinceps dicere, quid ubique ille lectionum dederit. Confidimus tamen exemplum Fabricianum e Vavassoriano expressum fideliter ubique primigenium reddere. Quare hoc solo citando contenti erimus. Habet igitur exemplum Fabric. *ὑμνοθέτας*. Notanda quoque trajectio ὁ καὶ τεύξας pro καὶ ὁ τεύξας metri causa facta.

3 De illo Diocle deinceps dicetur in fine hujus de Meleagro disputationis.

Πολλὰ μὲν ἐμπλέξας Ἀνύτης κρίνα, πολλὰ δὲ Μυρῆς 5  
 Λείρια, καὶ Σαπφῆς, βασιὰ μὲν, ἀλλὰ ῥόδο.  
 Νάκροστον τε χορῶν Μελανιππίδῃς ἔγκυον ὕμνον,  
 Καὶ νέον οἰνάνθης κλῆμα Σιμωνίδῃω,  
 Ἐν δ' ἀναμιῆς πλέξας μυρόπνευ εὐάνθεμον ἴσον 10  
 Νόσοιδος ἢς δέλτοις κηρὸν ἔτηξεν ἔρωσ.  
 Τῇ δ' ἄμα καὶ σάμψυχον ἀφ' ἠδυπνόσιο Ρισαῖ,  
 Καὶ γλυκὺν Ἡρίνης παρθενοχρωτα κρήνην.

5 Pro Μυρῆς, ut E. F. habet E. M. (sic designo exemplum Martini) Μοιρῆς obvio errore, aut more potius librariorum, quibus *oi* et *υ* idem valet.

7 Hunc versum non expedio, in quo lectionum varietatemprehendi nullam. Forte pro χορῶν leg. est *τρῶν penetrantium, sonorumum*, et ὕμνων in fine versus. Martinus Melanippidae ὕμνον ἔγκυον hic notat appellari ob dithyrambos, quos ille poeta scripsit, quorum proprium fit τὸ ἔγκυον.

10 Id est *ὃ ἢς δέλτοις ὁ ἔρωσ ἔτηξε τὸν κηρὸν*. Vult dicere: *cujus* scripta paene diffluunt tenerrimis amoris significationibus. Δέλτοις effeci e δέλτος, quod Martinus ait in membranis Palatinis se reperisse, idemque damnat. \* Quid in C. L. fit, nequeo referre, quandoquidem tum temporis, quum eum codicem exscriberem, de edenda Anthologia nondum cogitans, praefationem hanc Meleagri, quam sciebam dudum semel iterumque editam, praetermisi, neque nunc vacat illum codicem rursus inspicere. E. F. dat *θελατὸς*, e mente Vavassoris, qui vertit: *cujus blandus ceram molliuit amor*. Quomodo Martinus hunc locum Latine reddiderit, omisi tum, quum ejus liber ad manum esset, enotare. Hoc teneo eum in texto suo *δέλτος* edi curasse. Si cui superior nostra conjectura displiceat, ille videat, quomodo altera haec sapiat: *ἢς δειλὸς κῆρ συνέτηξεν ἔρωσ* *cujus cor lugubris amor colliquefecit*.

\* *τος* in Text. *ois* Marg. Cod, Bodl.

Ἄλκαίς τε λάληθρον ἐν ὕμνοπόλοις ὑάκινθον,  
 Καὶ Σαμίς δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον.  
 Ἐν δὲ Λεωνίδεω θαλερὸς κίσαοιο κρητύμβος,  
 Μινασάλλε τε ἡμάς ὄξυτόρε πίτυθ.  
 Βλασὴν τε πλατύνισον ἀπέθεσε Παμφίλε, ὑγροῖς  
 Σύμπλεκτον κρητύμβος ἔργεσι Παιγκροτέθ.  
 Τύμνιω τ' ἐπέταλον λεύκη, χλοερὸν τε σίσυμβρον  
 Νικίς, Εὐφήμω τ' ἀμμότροφοι πάραλον. 20  
 Ἐν δ' ἄρα Δαμασγήτε ἴον μέλαν, ἠδὺ τε μύρτον  
 Καλλιμάχε, σφειλῆ μεσὸν αἰεὶ μέλιτθ.  
 Λυχνίδα τ' Εὐφορίανος, ἰδ' ἐν Μύσαισιν ἄμεινον  
 Ὅς Διὸς ἐκ κέρας νεῖχεν ἐπωνυμίην.

13 Λάληθρον est in E. M. λάλαθρον in E. F.

14 De Samio, vel Samo, v. quae dico infra sub *Phileta*.

16 E. M. sic habet E. F. ὄξυτόρε. Utrumque defendi potest.

17 Vel ὄξῆς. Ambo exempla, tam F. quam M. dant ὄνης. in quo latere vitium notat Martinus.

22 Monet Martinus Callimacho acerbum vel acre mel tribui, ob poema in Ibin editum. Videtur poeta illuc respexisse; sed potest quoque simul ad copiam vocum rariorum et enunciationum obscurarum, crebrasque allusiones ad ignotas vetustate fabulas respexisse, ob quae dudum est quod Callimachus grammaticorum crux audiit.

23 Ad hunc versum queritur Martinus de latente menda, et narrat quaedam paucula de Euphorione. Eiusdem lectionem reddidi; non quod eam magis perspicerem, quam Vavassorianam ἰδ' ἐν Μύσαισιν ἄμεινον, sed quod illa non discedere a fide membranarum, haec eo conficta a doctissimo Jesuita videretur, quo Latinae suae interpretationi sua ratio constaret. In ἄμεινον latere nomen floris aut rami tenelli, necesse est. Vide num He-

- Τῆσι δ' ἄμ' Ηγησίππῃ ἐπέπλεκε μαινάδα βότρυον, 25  
 Πέρσου δ' εὐάδη χῆνον ἀμυστίμῳ.  
 Σὺν δ' ἄμφω καὶ γλυκὺ μῆλον ἀπ' ἀκρεμόνων Διοτίμου,  
 Καὶ ροῆς ἄνην πρῶτα Μενεκρότε.  
 Συμυρναίῃς τε κλάδους Νικανίτης, ἠδὲ Φαίινῃς  
 Τέρμινον, βρωτὴν τ' ἀχράδα Σιμμίῃ. 30  
 Ἐν ᾗ κὲ ἐκ λειμῶνος ἀμωμήτιο σέλινον,  
 Βαιὰ ᾗ κὲ κνιζῶν ἄνητα Παρθενίδ.  
 Λείψανον τ' ὑψηροπέφυκτα μελισσάκτων δ' ἀπὸ Μυθῶν  
 Ξανθοῦς ἐκ κηλάμης Βακχυλίδεω γάχνας.  
 Ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρέοντα, τὸ μὲν γλυκὺ κἄννο μέλισμα 35  
 Νέκταρος, εἰς δ' ἐλέγους εὐσπερον ἀνθήμιον.

fychii et Etymologi M. Ἀμείνας, ἠδύμην hue faciat. Aut fort.  
 leg. ἄλιμον. Florem non vulgarem, sed muscum, significari mo-  
 net additum ἐν Μύσαισιν. Caeterum significatur ambagibus versus  
 24. nomen Dioscordiae. Ante ὅς subintell. τέτυκ.

26 Meum est χῆνον *lentiscum*. Ambo exempla dant χοῖνον.

29 Martinus monet membranas Συμυρναίῃς habere; earumque  
 contra fidem Salmasium. Συμυρναίῃς τε κλάδων edidisse. Ipse Marti-  
 nus Συμυρναίῃς exhibuit, E. F. Συμυρναίῃς.

31 Videtur Amometus poeta fuisse. Quod si nolis, dicen-  
 dum toto hoc disticho Parthenidis poetriae carmina sola cele-  
 brari.

32 Hoc effeci e lectione E. M. βαιὰ Διφκνιζῶν ἄνητα. E. F.  
 βαιὰ Διφκνιζῶ τ' ἄνητα. Si de duobus distichon loquitur, tribuit  
 Amometo poetae apium, Parthenidi poetriae urticae flores. Si  
 de hac sola, tribuit ipsi et apium et urticae flores, quo significat,  
 quamvis illius dictio humilis sit, inesse tamen ipsi aliquid urens  
 et pungens atque movens, neque destitui eam nervis et aculeis.

35 Valde dubitavi quomodo distichon hoc recte constituerem,  
 quod neque E. M. neque E. F. sic exhibet, ut satisfaciat. Ut-  
 cunque

Ἐν ᾧ κὴ ἐκ φοβερῆς σφραγιότρυχος ἀνθος ἀκάνθης  
 Ἀρχιλόχου, μικρὰς πράξας ἀπ' ὠκτανῶ.

cunque illud versum, manet semper durum et inficetum. Nam si de duobus poetis sermo in eo fiat, Anacreonte et Anthemio, quod suspicantur Martinus et Fabricius, quorum ille etiam Ἀνημίον excudi curavit, prima vocabuli litera majuscula; si Vavassori favens mecum, ultimam distichi vocem pro flore anthemio accipienti, neutra caret ratio difficultatibus. E. F. versum 35. sic exhibet. Ἐκ δ' ἄρ' Ἀνακρειοντέας γλυκὺ καινο. Quae lectio quamvis haud paullo molliorem dictionem atque sensum aptiorem praestet, nimium tamen a fide membranarum abit, et versum duritie atque longitudine vocabuli Ἀνακρειοντέας scabrum auribusque ingratum efficit. Τὸ μὲν videtur etiam sequens δὲ requirere; ut adeo satis tutum non sit τὸ μὲν delere. Contra parum cum more Meleagri congruit dictio Ἀνακρείοντα ἐμπλέκειν τῷ σεφάνῳ. v. tamen vs. 44. porro durum μέλισμα νέκταρ pro νεκταρίον. Etiam flos requiritur. At neque νέκταρ flos est, neque μέλισμα. Tandem non consentiunt exempla, Martinianum et Fabricianum puta, circa penultimam versus 36. vocem, illo ἄσπερον, hoc εὐσπερον dante. Unde dubius sis, scripseritne Anacreon, si de eo solo sermonem hoc toto disticho esse reputes, elegos, nec ne. Nam si Anthemium poetam elegiographum admittas, dubium non est εὐσπερον legendum esse. Aeterna criticorum lis est, et perpetuus error librariorum circa ᾱ et εὐ, quae in membranis vetustis tam dubie solent exarari ut saepe nequeas discernere. Sed scripsit Anacreo elegos omnino.

37 Recte dat E. F. φοβερῆς, prave contra E. M. φορῆς. Acerbitas Satyrae Archilocheae nota est.

38 Recte tuetur μικρὰς cl. Dorvill, ad Chariton. p. 711. contra V. Cl. πικρὰς tentantem,



60 NOTITIA POETARUM

Τὸς δ' ἄμ' Ἀλεξάνδροιο νέες ὄρητας ἐλαίης,  
 Ἴδὲ Πολυκλείτεσ πορφυρέην κύανον. 40  
 Ἐν δ' ἄρ' ἀμάρσῃσιν ἦκε Πολυσράτεσ, ἄνθος αἰοιδῶν,  
 Φοίνισσάν τε νέαν κύπερον ἀπ' Ἀντιπάτερεσ.  
 Καὶ μὴν καὶ σὺρεῖαν σαχυότερησ θήκετο νόσθον,  
 Ὑμνοθέταν, Ερμῆ δῶρον αἰοιδόμην.  
 Ἐν δὲ Ποσειδίππον τε καὶ Ηδύλον, ἄγχι ἀρέεσ  
 Σικελίδιῶ τ' ἀνέμοισ ἀνθεσ φυόμην. 45

40 Ἐν δὲ est in E. F. ἴδὲ reddidi ex E. M.

41 Πολυσράτεσ assumpsi e E. F. Nam M. dat πολόσρατον. Ex hoc contra αἰοιδῶν optavi, repudiata E. F. lectione αἰοιδῆ.

43 In hoc versu recte legendo et interpretando parum profpere cessit Vavassori, et eum secuto Fabricio; qui, cum in exemplis suis αείαν pro σὺρεῖαν reperirent, inde *Arium* poetam excuderunt. Saepe α et εὐ et συ tam perplexe et dubie in vetustis libris exatata conspiciuntur, ut nisi a perito et acri oculo discerni nequeant. Quod hic etiam contigit. E. M. certe, et Salmasius quoque, ni fallor, in Exerc. Plin. loco quodam, *Συρεῖαν* clare exhibent. Ludit poeta in *Syria nardo*, et in significanda patria poetae, qui Syrus fuit. Ut nomen *Heliodori* in viris et *Heliodorae* in foeminis Syris frequens erat, quod ab Ἡλῆσ *deus* videtur derivandum esse, ita quoque in iisdem frequens erat *Hermodori* et *Hermodorae*, quod parum absum quin ab ארם *Aram*, Syrorum patre et auctore generis repetam. Hermodori nomen acute hic observavit et e latebris protraxit Em. Martinus.

45 Dicitio ἀγχι ἀρέεσ ἀνθεσ satis indicat Posidippum, Hedyllum et Sicelidam fuisse Bucolicorum scriptores, quibus *agrestes campi flores* (hoc est *agrostides*) tribuuntur.

46 Sicelidae nomine sibi videri Theocritum significari monet Martinus. Mihi autem, si recte habet exhibita lectio, potius videtur Asclepiades designari, de quo vide, quae supra dixi. Incidit

Καὶ μὴν κῆ χρυσεῖον ἀεὶ θείοιο Πλάτων<sup>Θ</sup>,

Κλῶνα τὸν ἐξ ἀρετῆς παντόθι λαμπρόμυρον.

Ἄσπρον τ' ἴδρον Ἄρφατον ὁμῶς βάλεν, ἔρανομήκευς

Φοίνικος κείρας πρῶτοζώνυς ἑλικας.

50

Λωτὸν τ' εὐχρίτην Χαυρήμυτος, ἐν φλογὶ μίξας

cidit tamen haec scribenti conjectura poetam dedisse ἀρέρης Σικελιδέων ἀνέμοις *flores agri Sicelidarum*, h. e. *Siculorum*, *ventis factos*, h. e. anemonas. Ut tantum de duobus, Posidippo et Hedylo, ambobus Siculis sermo fit. De caetero recte Martinus ad hunc locum Dioscordiae illum e L. II. 207. affert, quo *ανετοπαι* dicuntur ἀπὸ τῶν ἀνέμων dictae, quia flante vento expandantur.

50 Videtur Aratum Phoenicem facere. Forte quod Cilicia Syriam contingeret. Quod Aratus de astris, re sublimi, celebre poema condidit, et inter astra ἑλικας, seu ursae nobis dictae, duae sunt, et palma inter arbores procerissima est: hinc est, quod Meleager Aratum cum palma comparavit, ut quem argumenti dignitas a rebus humilibus, circa quas alii poetae versari solent, in sublime extulerit. Per ἑλικας intelligit racemos dactylorum. Forte dactylos propterea ἑλικας appellat, quod ad cylindrorum formam accedant, et spiras seu cincinnos ad verticem dependentes referant; seu coloris ergo, quod flaveant, et ex flavedine ad nigrum colorem vergant. Πρῶτοζώνυς videtur ideo dicere, quod Aratus prima sua aetate scripserit epigrammata, a quibus adultus magis ad graviora transiit argumenta.

51 Φλῶξ est herba quaedam sic dicta, de qua consulendi Botanici, interpretes librorum Theophrasti de plantis. Nam enodandis intricatis sententiis Meleagri, definiendis florum et herbarum, quas ille nominat, discriminibus, examinandisque Vavassoris et Martini interpretationibus hujus praefationis Meleagrae, neque animus, neque otium, neque locus hic sufficit; neque, ut  
verum

62 NOTITIA POETARUM

Φαιδίμου Ἀνταγῶρα τ' εὐστροφὸν ὄμμα βοός.  
 Τὸν τε Φιλάκρητον Θεοδωρίδω νεογαλῆ  
 Ἔρπυλλον, κυάνων τ' ἄνθεα Φανίω.  
 Ἄλλων τ' ἔρνεα πολλὰ νεόδροπα, τῆς δ' ἄμα Μήσης  
 Καὶ σφιτέρης ἐπὶ περὶ πρῶτα λευκίᾳ.  
 Ἄλλὰ φίλοις μὲ ἐμγῖσι φέρω χάριν, ἐστὶ δὲ μύσαις  
 Κοινὸς ὁ τῶν Μισσέων ἡδυπέτης σέφωθ'.

55

verum fatear, rei par scientia vetustae Botanices, qua instructus fit oportet, quisquis ad interpretandum hoc carmen accedere velit.

52 Τε deest E. F. non item exemplo Martini, cujus ad h. l. observationem hanc accipe. \* [ὄμμα βοός *buphtbalmum* vertere possumus. Alias dicitur *cotyla* et *chamaemelum*, Hispanice *manzanilla* et *ojo de buei*. Sed ea non est coronaria.] \*

53 Φαλάκρητον dedit E. M. φαλακροῖον E. F. vide quae supra de Theodorida disputavi, p. 216. Veteres consuevissent vino suo fragrantibus herbas, in quibus et serpillum, addere notum est.

54 Miror Phaniae cyanum quoque tribui, qua jam coronatum Polycliti caput fuit versu 40.

55 Νεόδροπα dedi, novo exemplo. Neque enim novi, qui eo vocabulo veterum usus fuerit, quemquam, videbatur tamen res ipsa id flagitare. Ut a τρέπω composita desinunt in τρέπος, ut ἄτροπος ἐπίτροπος &c. sic a δρέπω, δρέπομαι, καρθ, decerpo flores et fructus, fiunt composita in δρόπθ desinentia, ut νεόδροπος recens καρθις. E. M. & F. pariter dant νεόγραφα.

56 Significat hoc versu Meleager se coronae suae ingenii sui primitias intexuisse. Atqui tota vita eum non deseruisse nugas constat.

*Musa*

“*Musa dilecta, cuiquam defers carmen hoc omnino frugiferum? aut quis poeta coronam texuit? Confecit Meleager, ac praeclaro Diocli, quod amoris monumentum foret, hoc expolivit munus. Multa innexuit Aentes lilia. Multa Myrus liria. Sapphus vero perpauca quidem, sed rosas. Narcissumque hymnum Melanippidae choreis fertilem. Et novum oenanthos palmitem Simonidis. Ac plexuit simul odoratam et suavem irin Nossidis, cujus blandus ceram mollivit amor. Una cum ista sampsuchum a suavissimo Riano, et dulcem Herinnae crocum, puellis colore similem. Et Alcaei inter lyricos loquacem hyacinthum, et Samiae ramum lauri nigricantibus foliis. Praeterea Leonidae teneros hederae corymbos, et Mnafalci comas acutae pinus, flexilemque platanum defregit ex Pamphili vite, ramis implexam nucis, quae Pancratis est. Et Tymnae frondosam populum albam, et viride sisymbrium Niciae, et Euphemi litoralem paralum. Ac Damageti violam nigram, suavemque myrtum Callimachi, plenam semper densati mellis. Et lychindem Euphorionis. Hic vero inter Musas eximius, qui Jovis ex puellis nomen habuit. Atque his Hegesippi implicuit racemum, qui agat in furorem, et Persei lentiscum odoratum excerpfit. Una cum his etiam dulce malum e ramis Diotimi, et punicae flores primos Menecratis. Myrrhaeque ramos Nicaeneti, Phaenni terebinthum, et vescam achrada Simiae. Tum ex prato fertili apia, exiguos carpens flores Parthenidos. Tum reliquias frugiferas a Musis mel stillantibus, flavas e culmo Bacchylidis spicas. Inde Anacreontici cantionem illam dulcem nektaris, et foecundam elegis, anthemium. Atque etiam ex horribili crispaque acantho florem Archilochi, parvas ex Oceano guttas. Et Alexandri novos surculos oleae, et Polycleti purpuream cyanum. Tum vero amaracum immisit, Polystrati florem poetae, et phoenicium novum ligustrum ab Antipatro.*

*Nec*

## 64 NOTITIA POETARUM

*Nec non Ariam spicam nardi posuit, Poetam Mercurii donum canentem. Posidippumque, Hedylumque, raphanos sylvestres terrae, Sicelidaeque anemonas. Quin et chryseum semper divini Platonis, stirpem vi sua ex omni parte fulgentem. Qui astrorum scientem Aratum eodem conjecit, et procerae palmae totondit cauliculos primos. Qui lotum comantem Chaeremonis, flammæ admiscuit Phaedimi, Antagoræ tortilem bupthalmum. Ac Phalacraeum Theodori recens natum serpillum, et cyanorum flores Phaniae. Multaque aliorum germina nova addidit, simul et cum iis, Musæ suæ, quæ cito oriantur, leucoia. Cum autem hoc amicis defero munus, tum poeticæ cultoribus communis hæc Musarum suavis corona."*

Appellat igitur Meleager Collectionem suam *σέφανον, κόρο-* nam; eam maxime ob causam, quod Graecis solenne esset, quidquid ex cujusque consilio atque delectu numeris omnibus absolutum esset et perfectum opus, *σέφανον, κύκλον* appellare, (circulus et corona pariter orbis sunt) ut nos *systemata* solemus crepare: tum quoque potest videri quodammodo ad illum morem Graecorum in eo edendo nomine respexisse, quo Graeci convivantes coronari, atque veterum poetarum carmina cantu recitare solebant. Non enim exiguus huic corpori Meleagreo inest numerus eorum carminum, quæ ad pocula solebant recini. De illo usu vocabulorum *σέφανος*, et *κύκλος*, quo corpus integrum cujuscunque argumenti aut instituti significat, quod ita perfectum est, ut orbis, ut corona: quum satis copiose Salmasius in Exerc. Plin. et Heinsius ad Horatii Od. 7. libri Carminum primi exposuerint, non opus est ut ei rei declarandæ diutius inhaeream. Locum tamen Horatii, quem dixi, rei nostræ

nostrae praesenti illustrandae peraptum, non possum facere, quin proferam et vicissim illustrem. Ex eo enim intelligitur mos Graecorum poetarum, quo suas carminum a diversis auctoribus conditorum in corpora diversa collectiones coronas appellabant, et ipsos poetas, quorum fragmenta in ejusmodi collectiones relata essent, floribus, herbis, ramis arborum comparabant. Verba poetae sunt :

*Sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem  
Carminē perpetuo celebrare, et  
Undique decerptae frondi praeponere olivam.*

Quibus verbis hoc significare vult Flaccus : esse quosdam, qui Athenas ubique crepent, et aliis omnibus urbibus anteponant. Ut ab olea celebres erant Athenae, sic ab aliis arboribus, herbis, floribus, aliae urbes clarebant, velut ab insignibus quaeque suis. Ut igitur urbes istiusmodi rebus naturalibus comparari solebant, una olivae, altera palmae, tertia quercui, quarta lauro, et sic porro : sic quoque solebant poetae ; prout quisque vi quadam peculiari polleret, mollis, tener, remissus, suavis, aut acer, strictus, nervosus, igneus esset ; quae dotes illis floribus et fruticibus comparari solebant, quae cuique congruere viderentur. Pari modo Meleager, ut in hac praefatione aut si mavis, dedicatione sua, ad Dioclem scripta (nam utroque munere defungitur) poetas floribus comparat ; ita in carmine, quo Musam suam puerilem, aut orsus fuit, aut claudit, illos ipsos, quorum formas in ea cecinerat, pueros floribus comparat, Diodorum, Asclepiaden, Heraclitum, Dionem, The-

ronem, Udiaden et Muiscum\*. En illud Libri primi, seu Musae Stratonicae, carmen. numero 243. est,

Παγκρατὸν σοὶ Κύπερι, κηθήμερσε χεῖρὶ τρυγίσας  
 Παίδων ἀνηὸς ἔρωσ ψυχαιπάτης σέφανον.  
 Ἐν μὲν γὰρ κελίον ἠδὲ κητέπλεξεν, Διόδωρον,  
 Ἐν δ' Ἀσκληπιάδην, τὸ γλυκὺ λευκῆϊον.  
 Καὶ μὲν Ηρακλείδην ἐπέπλεκεν, ὡς ἀπ' ἀκαίνης  
 † Εἰς ῥόδον, οἰάνθη δ' ὡς τις ἔθαλλε Δίω.  
 Χρυσανθῆ ἢ κόμαισι κρόκον, Θήρωνά, συνῆψεν,  
 Ἐν δ' ἔσσαλ' ἐρύλλα κλωνίον, Οὐδριάδην.  
 Ἀβροχόμην ἢ Μύϊσκον, ἀειθαλὲς ἔρνος ἐλαίης,  
 Ἴμερτὰς ἀρετῆς κλῶνας ἀπεδρέπετο.  
 Ὀλοῖσιν νήσων ἱερὰ Τύρος, ὃ τὸ περιπνεῖ  
 Ἄλλως ἔχει παίδων Κύπελλος ἀνηφορέον.

“ *Amor mentem decipiens tibi, O Venus, coronam, omni fructibus genere instructam, composuit, manu decerpens, florem puerorum. Ubi implicuit suave lilium Diodorum; ubi Asclepiaden, dulcem albam violam. Implicuit etiam Heraclitum, — qualem rosam; et qualis uva germinans [vel oenanthe*

---

\* Maxime frequens in pueris Meleagri, *Muisci* nomen. Quod frequens in vernarum nominibus, praesertim nondum adulatorum, fuisse constat e Polybio pag. 424. C. 9. edit. *Wechel.* et Horatii II. 9. 10. ubi vulgo prave editum circumfertur *Mysten.* sed *Muiscum* restituendum est.

*Tu semper urges flebilibus modis  
 Muiscum ademptum.*

[Edidit Pierson. Verosim. L. 2. C. 1. pag. 147. Epig. Meleagri. De Muisco puero. Et Dorvill. Chariton. pag. 528.]

† Ως Cod. Bod. in marg.

*herba]*

*herba] floruit Dio. Adjunxit et Theronem, qualem crocum auricomum, et subjecit serpylli surculum, Udiaden: et mollibus comis Muiscum, semper florens germen olivae, decerpfit amabiles ramulos virtutis [pulchritudinis.] Felicissima insularum est sacra Tyros, quae veneris ignem spirantem lucum puerorum habet florigerum."*

Primum hujus carminis distichum produxit Salmasius ad Scriptores Histor. Aug. T. II. p. 81. Dixi paulo ante Meleagrum geminam condidisse Anthologiam, unam solis puerorum laudibus cantandis destinata; cui carmen hoc, quod modo prodidimus, aut praemissum, aut subjectum fuit; alteram majoris ambitus in omne genus argumentorum, quod Diocli dedicavit in illa, quam paulo ante post Vavassorem, Martinum et Fabricium iteravimus, praefatione eademque dedicatione satis longa. Huic posteriori ampliori Anthologiae subjunxit hoc carmen, quo rursus testatur, se collectionem illam suam ad Dioclem misisse, ejusque nomini inscripsisse. En illud ἐπιφώνημα, quod in Musa Stratonis numero 246. habetur.

Ἄ πύματον καμπτήρα καταγέλασσα κρηνὶς  
 Οἰκουρὸς γραπταῖς πιστοτάτη σελίσι,  
 Φαμί τ' ἐκ πάντων ἡρωικῶν εἰς ἓνα μόχθον  
 Ὑμνοθέταν βυθῶν τᾶδ' ἐνελιζάμενον,  
 Ἐκτελέσασσι Μελέαγγρον, ἀείμνησον δὲ Διοκλεῖ  
 Ἄνθεσιν ἀμπλέξασσι μυσσοπόλων σέφανον.  
 Οὔλα δ' ἐγὼ καμφθεῖσα δρακοντέοις ἀνὰ γῶντις  
 Σύνηρονος ἰδρυμαί τέρμασιν εὐμφορίας.

Non est hic locus penultimi praecipue versus reconditos sensus explicare; quod aliis permitto. Addam potius, ut



## 68 NOTITIA POETARUM

mantissam, sed non inutilem, Stratonis carmen illi Meleagro protinus subjunctum, quo suam Musam puerilem absolvit; unde constare poterit eum, solum non condidisse Musam puerilem, sed a Meleagro coeptam suis et aliorum poetarum Meleagro juniorum carminibus auxisse. Est autem hoc numero 247. signatum.

Ἦ τέχα τις μετόπισθε κλύων ἐμὰ παίγνια ταῦτα  
 Πάντας ἐμῶς δόξει τὸς ἐν ἔρωπι πόνους.  
 Ἄλλα δ' ἐγὼν ἄλλοισιν ἀεὶ φιλόποισι χαράσσω  
 Γράμματ', ἵπαι τις μοι τῶτ' ἀνέδωκε θεός.

Gratias habeamus fortunæ, quæ reliquas turpes nugas, quibus propudium illud literas abundasse gloriatur, suppressit. Satis dedecoris in illis, quæ ad nostram ætatem pestilentis illius frugis evicerunt.

ΜΙΧΑΗΛ. Ita interpretor, auctore viro docto, qui marginem C. L. emendationibus suis illustravit, siglam in titulo carminis 642. scriptam. Forte *Michaelem Psellum* seniore significat, doctorem Leonis imperatoris, filii Basilii, Macedonis, sub quo Leone vixit Constantinus Cephalas, nostræ Anthologiae conditor. v. L. Allatium de Psellis p. 2. *ed Fabr.* T. X. Bibl. Gr. Diverfum profecto hunc Michaelem existimo a Michaele grammatico illo, qui carmen in Agathiam p. 376. Anth. St. fecit ejus ætate proculdubio, statumque subscriptum, quam urbs CPtana dedicavit.

ΜΝΑΣΑΛΚΑΣ, aut *Μνησαύλας* ut alibi legitur. ΜΝΑΣΑΛΚΑΜ *Sicyonium* fuisse constat ex Athenæi p. 163. ubi (uti etiam Anth. St. p. 525.) carmen legitur paucis mutatis idem cum carmine Asclepiadae Sami, quod Anth. St. pag. 237. et 498 legitur. Dubium non est alterum horum

rum carminum alterius parodiam esse. Sed quodnam primigenium exemplum, et quodnam ejus simulacrum sit, de eo ambigitur. Tetigi hanc litem supra in Asclepiada, p. 199. et sententiam meam, seu conjecturam potius, protuli, Mnasalcam antiquiorem esse, supparem scilicet Alexandro M. id quod quod mihi visum fuit e C. 420. colligi posse. Profecto vix alius ibi intelligitur, quam celeberrimus ille Macedoniae et Orientis rex. Nam si Alexander Phylleus significaretur (vid. C. 510.) quod probabile quibusdam videbitur, deberet non *ἡσσο*, sed *ἡμεας* dictum esse, et ad scutum non fieri sermo, sed scutum ipsum loquens fingi. Attamen non propterea tuto confici, eadem aetate vixisse poetam, qua dedicatum fuit scutum, quod in castris Alexandri M. militaverat, ipse sponte agnosco; quia dubium est fueritne carmen illud scuto dedicato reapse subscriptum et simul cum ipso dedicatum, indeque depromptum, an fuerit potius lusus poetae illo facto multum posterioris. Quidquid ejus rei sit, Meleager Mnasalcam in pancarpae suae coronae praefatione recenset.

ΜΟΥΚΙΟΣ. MUTIUS SCAEVOLA celebre nomen in ICTis Romanis, qui pontifex Max. et A. V. 620. Cos. fuit v. Ernesti clavis Ciceron. h. v. et Fabr. B. G. T. XII. p. 336. et qui de ICTis veterum tradiderunt. Forte quoque hujus Mucii est, quod p. 11. A. St. *Μυσκις* inscribitur. Non possum tamen dissimulare me valde mirari, qui factum ut Mucius Scaevola Graece non tantum noverit, sed etiam ita ut carmina ludicra pangeret non absurda, homo in re tam seria, atque est scientia juris totus occupatus, idque ea aetate quum Graeci Romae exosi essent, et contemptae ipsorum artes, eoque neglectae et ignoratae. Nemo quoque, quod sciam, de Mucii Scaevolae peritia Graecarum

rum literarum memorat. Quidni ergo in titulo error contigerit? Sane dudum jam questi fuerunt viri docti, turbatum ab Anthologiae librariis in dispensandis auctorum nominibus fuisse. Aut forte recentior aliquis Mucius Scaevola significatur.

ΜΥΡΩ. De MYRONE poetria *Byzantina* non habeo quod dicam post Olearium diff. de poetr. Graecis p. 166. Fabr. B. G. T. II. p. 586, et Wolff. in fragm. poetr. Gr. p. 26. sqq. Frustra dubitatum fuit essetne eadem *Μαίρη* et *Μυρῶ*. Est omnino. Graeci omni tempore, vel antiquissimo, consueverunt promiscue *μ* et *υ* in scribendo habere. Myronem hanc circa Olymp. 120. floruisse colligunt viri docti ex eo, quod mater perhibetur fuisse Homeri junioris seu tragici, filii Andromachi philologi, qui junior Homerus, origine Byzantius, sub Ptolemaeo Philadelpho floruit. Dubium est hancce Myronem Erinna significaverit in carmine in cicadam Myronis. vid. Wolfii fragm. poetr. Gr. p. 10. Si hanc omnino respexerit, necesse est aequalem Erinnae Myronem fuisse. Quod per temporum rationes omnino licet. Nam Erinna (si duae fuerunt, juniorem) Olymp. 106. circa Alexandri M. tempora vixisse, supra ex Eusebio notavimus. Vel potius Olympiadem 125. attigisse demonstravimus. Opus *ἀπὸς* seu *diras* inscriptum, si profaico sermone exaratum fuit, quod colligas e Parthenii Eroticis c. 27. (nisi Parthenius satis habuit soluto sermone historiam carmine traditam reddere) mallet Myroni, viro, Byzantio, quam foeminae huic, tribuere. Miror equidem viros doctos ad locum Pausaniae p. 721. offendere, et pro poeta Myrone Byzantio poetriam hanc substitutum ire, nullo satis certo argumento.

ΜΥΡΙΝΑΣ. Existimo enim genitivi *Μυρίνης*, qui quatuor in titulis Anthologiae legitur, duobus Planudae, et totidem nostrae, nominativum non *Μυρίνη*, sed *Μυρίνας* esse, idque idem valere atque *Μυρήνας* quomodo apud Dionem Cassium et Strabonem exaratum reperio nomen *Murenæ*; conjicioque Murenam hunc epigrammaticarium eundem esse cum L. Licinio Varrone Murena, M. Terentii Varronis filio adoptato, rhetore; de cuius fati narrat Suetonius, Vellejus, Strabo p. 987. et Dio Cassius p. 731, 732. ad quos locos vid. Caufabon. et Fabricius. E Strabone apparet ei Murenæ cum Graecis hominibus familiaritatem fuisse, unde facile potuit Graecos versus condere. Perit circa A. V. 732. jussu Augusti, in cuius vitam conspirasse dicebatur.

ΝΕΣΤΩΡ. Assentior omnino cl. Fabr. T. I. B. G. p. 721. existimanti, *Nestorem*, cujus duo fragmenta in Anthol. Planudea existant, Larandensem esse, poetam sub Imp. Severo clarum; quem necesse est hominem difficulter nugacis et ridiculi ingenii fuisse, si quidem talia carmina scripsit, qualia eum condidisse narrat Suidas v. Fabric. B. G. T. I. p. 336. Neque dubitare ea de re nos finit inscriptio carminis 797. quae auctorem illius carminis *Nestorem Larandensem* claris verbis appellat; quod carmen si conferas cum illis paucis versibus in Anthologia vulgari servatis, reperies ovum ovo non similis, atque hoc carmen illis versibus est. Ille igitur Nestor, quem Antipater Theffalus carm. 283. alloquitur, non hic est, sed videtur potius ille Nestor Stoicus Tarsensis esse, de quo Strabo narrat p. 992.

ΝΙΚΑΙΝΕΤΟΣ. NICAENETUM *Smyrnaeum* fuisse, et ante Meleagrum, aut huic aequalem fuisse, patet e praefatione ad coronam vs. 29. ubi vid. dicta. Ergo aut diversus hic est, ab eo, cujus carmen Athenaeus p. 672. profert,  
nam

nam ejus auctor se aut Samium esse, aut in insula Samo versari satis clare significat: aut necesse est Nicaenatum nostrum e patria Smyrna Samum migrasse ibique sedes fixisse. Quo auctore Fabricius T. II. Bibl. Gr. p. 721. eum Abderitam faciat, non novi.

ΝΙΚΑΡΧΟΣ. Faceti homo ingenii, et facilis venae. meliorisque aevi NICARCHUS, quem Samium fuisse, et saeculo post C. N. primo aut secundo vixisse conjicio; cum ex eo, quod sordibus et deformitate posteriorum saeculorum careat, tum e voco *miliarium*, quae p. 161. Anth. St. legitur, et significat caldarium aes, aquae calefaciendae, formae seu rotundae conicae, seu pyramidalis quatuor laterum, cum tubo intus cavo, per quem exhalare et respirare ignis suppositus poterat; quod vas a forma miliarii aurei, in foro Romano positi, sic appellatum fuit. Porro de Bubasti loquitur p. 104. quae sacra tantum Romae, non item in Graecia, et tantum primo atque secundo post C. N. saeculo nota fuerunt. Neque officere debet argumentum, e quo Fabricius colligit hunc Nicharchum sub Imp. C. P. tanis floruisse. P. 191. scilicet habetur inscriptum Nicarchi nomen epigrammati, in quo Dulcitus Procos. memoratur. Verum in editione Anth. omnium prima, Florentina Lascarena, carmen illud est ἀδῆαρον. Recte vero. Samium fuisse Nicharchum, aut Sami saltem vixisse, possis quodammodo e Carm. 289. elicere.

ΝΙΚΙΑΣ. Quandoquidem Meleager NICIAM in poetis suis recenset, conjicio eum cum illo Nicia Milesio, medico, eundem esse, ad quem Theocritus Idyllium suum undecimum, seu Cyclopem, scripsit. In ipsis quidem Niciae carminibus nihil reperio, quod ejus aetatem arguat. Nam nomen Romanum *Maenii*, quod C. 416. legitur, non impedit

pedit quominus ad Theocriti aetatem referri debeat. Vid. Fabr. B. G. T. II. p. 432.

ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ. Quis hic fuerit NICHOMACHUS cui quod unicum ejus superest c. 582. inscribitur, et quando vixerit, non constat, quum casus, alias memorabilis, quem illud carmen attingit, Plateae scilicet, aut Plateae a terrae motu everfio, ad quam aetatem pertineat, pariter ignoretur.

ΝΟΣΣΙΣ. Duas fuisse NOSSIDES poetrias, *Locridem* et *Lesbiam*, prima nos docuit collectio Jenfiana, cujus carmini 148. inscriptum est Νόσσιδος Λεσβίας. Hinc resolvās nodum alias nulla arte expediendum circa aetatem Noffidis Rhinthonem Tarentinum laudantis Anth. St. p. 208. vixit Rhintho circa Olymp. 116. aetate Ptolemaei Lagidae. Fuisset ergo Rhinthonis nisi posterior aut suppar, saltim aequalis haec Noffis. Atqui carmine Jenfiano 27. aequalē Sapphoni ea se perhibet, quam circa Olymp. 42. aut 46. floruisse satis constat. Alia igitur nulla ratione solvi nodus hic chronologicus potest, quam duas Noffides statuendo, unam antiquiorem Locriffam, ut ipsa sese appellat, alteram recentiorem Rhinthonis praedicatricem, forte Lesbiam, si quid fidei meretur illa carminis Jenfiani 148. inscriptio, quae fides quare ipsi deroganda sit, nullam causam video. Matrem ipsa suam appellat carmine 511. Theophilam, Cleochae filiam. Carm. 421. Bruttiorum et Locrorum certamina commemorat. E quo carmine Bentleyus argumentum ducit, quo probet Noffidem post Olymp. 106. et circa eandem vixisse; quia illius Olympiadis anno primo demum inceperint Bruttii sibi rempublicam propriam constituere, teste Diodoro Siculo XVI. 15. et Strabone L. VI. p. 392. Bene sentio valide hoc argumentum strin-

gere, nec invenio quomodo nervum ejus incidam, nisi conjiciendo, Bruttios non eo demum tempore nomen accepisse, quo dixi, Dionis puta et Dionysii junioris, sed dudum ante jam habuisse; neque dum incepisse primum servitutis jugum sibi a Locris impositum, excutere, sed antea saepius idem tentasse, impari successu. Quod suggerere mihi videtur ipsum Nossidis carmen, Bruttios a Locris fuisse victos significans. Et e Strabone videor mihi colligere, Bruttiorum cum Locris eandem antiquis temporibus fuisse conditionem, atque Helotarum cum Spartanis. Ut illi horum agrum colebant tanquam servi, pro certa frugum provenientium portione, et durius habiti ab heris saepius in eos confurgebant: sic quoque et laborabant Bruttii Locris, et libertatem affectabant, atque ad se trahere tentabant. Et sane Polybius L. II. c. 39. ait barbaros magnae Graeciae Graecis vicinis suis noxae vexationumque multum intulisse tempore Dionysii senioris. Ni hoc admittatur, tres erunt Nossides fingendae, duae Locrissae, una Sapphoni aequalis, altera Rhinthoni et Bruttiorum originibus, tertia Lesbica collectioni Jenseanae memorata. Quod vereor ut multis probetur. Forte quoque non fuit nisi unica Nossis, at diversae Sapphones, aut potius fuit Sappho nomen fictum, jactari tum solitum, quum foeminae haud vulgari dexteritate praeditae speciem subjicere vellent; unde natae tot diversae secum et cum temporum rationibus pugnantes traditiones; quas componere aequè irritò coneris labore, atque fabulas de Rolando, aut Eulenspiegelio nostrate. Vera Sappho autem reapse vixerit circa tempora Nossidis, hoc est Dionysii junioris.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΣ. NUMENIUS *Tarsensis* quis fuerit et qua aetate, mihi prorsus est incompertum. Ad sequius aevum  
Theodo-

Theodosiacum, aut Justinianicum eum pertinere, vult mihi persuadere frigida illa in voce *Κῦρος* ad *Κύριος* allusio, quam continet unicum ei tributum in Musa Stratonis distichon n. 38. ubi notatum reperii in C. L. margine, distichon illud *Κῦρος Κύριος ἐστὶ* in Anthol. Planudea sub alio auctoris nomine extare. Recte vero. Exstat p. 484. cum elogio ἄλλο. Quod elogium aut auctorem nullum indicat, aut proxime praecedenti carmini adscriptum Julianum expraefectum, cuius aetatem profecto quoque multo melius carmen illud decet, quam hominum saeculorum meliorum, quae Strato attigit, aut exceperit. Ut verum tamen fatear reperii quoque apud Horatium, non succurrit nunc qua in Oda, allusionem illam ad nomen Cyri. Numenius varios recenset Jonsius III. 10. p. 264, 265. quorum ad quemnam pertineat noster, viderint alii.

ΟΝΕΣΤΗΣ. *Onestes* quando vixerit mihi pariter non constat. Nullum fragmentorum ejus indicat. Corinthium fuisse loquuntur tituli, et quodammodo quoque carmen Jansenianum 114. Praeterea tam rarum hoc nomen et ferme peregrinum est, ut ni toties recurreret per Anthologiam, librariis constantes eundem tenorem servantibus, facile mendam latentem suspicarer. Nihil certe facilius efficitur quam ΟΝΕΣΤΟΥ ex ΟΝΕΣΙΟΥ. *Onesias* nomen vulgare.

ΠΑΓΚΡΑΤΗΣ. Ita formandum esse nominativum, monstrat versus 18. coronae Pancarpae, ubi Meleager inter flores a se contextos *καρῆνης ἕνεα Παγκράτειος* recenset, unde de ipsius aetate iudicium aliquale fiat. *Παγκρατίς* inscribuntur in Anth. St. duo ejus epigrammata, tanquam si nominativus esset *Παγκράτιος*. Sane usitatius hoc quam illud. Verum omnes tales terminationes in *οις* possunt, et saepe solent in *ης* contrahi, quod ad Constantini Ceremon. de-



monstravi. Plura de hoc non novi. Nam tria, quae supersunt, carmina pertinent ad illa, quae καφὰς σοιχουας, cassas bona fruge aristas appellare soleo, quia nil docent. Fuit etiam Pancratius poeta, in Museum Alexandrinum ab Adriano Imp. receptus, teste Athenaeo XV. 6. Quorum ad quemnam, veterem, ad recentiore pertineant carmina hoc nomine insignita, non equidem dixerim.

ΠΑΛΛΑΔΑΣ. PALLADAS, id est *Palladius*, quando vixerit, clarum est, ut bene observavit, Fabricius, ex illo epigrammate p. 188. Auth. St. quo Themistii philosophi vanitatem perstringit, qui valere iussa philosophia ambitu carrucham hoc est praefecturam urbicam CPTanam invaserat; quod factum A. C. 368. Ex aliis quoque argumentis conjicitur eum circa illa tempora vixisse; ut non dubitem eum esse illum Palladium, ad quem et de quo non paucae existant epistolae in Libanii illis a Wolffio editis. E quibus apparet eum fuisse rhetorem, hoc est juvenum in agendis causis forensibus magistrum. Neque multum diversum est illud vitae genus, quod ipse sibi tribuit in carminibus, grammatici, seu ludi magistri, juventuti carmina Homeri praelegentis. Patricium judicem iniquum carpit p. 65. A. St. qui fortassis ille Patricius est, qui e A. 390. quaestor CPLi fuit; et Justiniano laudatur apud Fabr. B. G. T. XII. p. 357. Congruit huic aevo quoque nomen Gessii aliis aetatibus incognitum; at illo saeculo non infrequens. Ille Gessius, quem Palladius tot carminibus exagitat, ut p. 181. 210. 376. c. Jenf. 131. et alibi forte ille est, cujus aliquoties meminit Libanius in epistolis, ut epist. 867. 1032. et 1149. Suppar iisdem temporibus erat Gessius, filius Leontii philosophi Atheniensis, frater Eudociae Imperatricis, Theodosii junioris conjugis Memorat quoque, seu  
potius

potius exagitat Palladius p. 188. Anth. St. aliquem indoctum philosophum, eundemque supercilii plenum, Nicostratum, qui fortassis idem est cum illo, quem Libanius nominat Epist. collect. Wolff. p. 785. Adulto jam Christianismo eum vixisse liquet ex eo carmine, quo vitam monasticam et coenobiorum multitudinem atque amplitudinem exagitat p. 189. A. St. quod non potest nisi ad saeculum Theodosiacum referri. Meminit quoque τῆς φιλοχρήσου πόλεως p. 357. *urbis Christum amantis*, hoc est Constantinopoleos. Sic enim ibi exhibent membranae Reimarianaë, ubi vulgo φιλοχρήσου editum existat. Non tamen ex eo consequitur hominem hunc Christianum fuisse, quem indicia nonnulla produnt satis clare, paganum fuisse et mansisse. Non allegabo in argumentum Palladii cum Libanio familiaritatem; quandoquidem extra controversiam positum non est, eundem fuisse Palladium hunc epigrammatarium cum illo Libaniano; denique Libanius tam infestus Christianis non erat, quin eorum consuetudine uteretur et virtutes laudaret atque commendaret. Neque carmen illud p. 57. A. St. excitabo, in Herculem, quod Palladius ex aliena persona, aut ad imitationem veteris alicujus poetae et carminis, posset dici confinxisse. Neque utar illo argumento, quod Scepticus fuisse videatur, et res post hanc vitam futuras aut ignorasse, aut potius inficiatus fuisse, quod satis apparet e pag. 87. 178. et aliis A. St. Nam fuerunt inter Christianos quoque, ut de Synesio episcopo Cyrenaeo constat, qui de mortuorum ad vitam reditu dubitarent. Verum illud argumentum exceptione ex controversia omni majus esse mihi videtur, quo suos Ἕλληνας desperare jubet p. 115. conclamatum esse de ipsorum fortuna et religione patria. Quod procul omni dubio ad illud  
Theo-

## 78. NOTITIA POETARUM

Theodosii M. edictum respicit, quo templa et idola paganae superstitionis omnia deleri jubebat, teste Theophane p. 61. a. Nam Ἕλληες non sunt Graeci, gens Peloponnesum et Helladem sic proprie dictam incolens, sed omnes ubicunque terrarum tum essent gentilismo addicti. E carmine Jenfiano 73. videor mihi colligere posse, Palladium id carmen condidisse in simulacra deorum aenea, quae metu Christianarum legum, idola in publico et propatulo conspici vetantium et fisco atque officinae monetariae conspecta addicentium, in arcam abdiderit. Si qui sint, qui lectionem τῆ φιλοχρείσῳ πόλει in carmine p. 357. A. St. urgeant, ut probent Palladium Christianum fuisse, illis responderi potest, eam lectionem a librariis profectam fuisse, non ipso Palladio, qui φιλοχρείσῳ per η exarando, quod pronunciando idem olim sonabat atque φιλοχρείσῳ per Jota, neque Christianismi reum se fecerit, et paganismi invidiam eluserit. Finge tandem Palladium ipsum illud, quod vis, φιλοχρείσῳ dedisse; dici poterit, dedisse aliquid usui illorum temporum, et retulisse titulum urbis, qualem usus vulgaris jaetabat; quemadmodum e. c. nostratium multi *terram sanctam* appellant, qui neque hodie illam esse, neque unquam fuisse sanctam existimant; sed referunt usu tritas appellationes. Graecum hunc hominem, non Latinum, fuisse apparet e. p. 60. et 65. ubi negat Latine nosse. Unde autem constiterit Fabricio Chalcidensem fuisse, mihi latet. Fortassis collegit illud vir summus e p. 146. A. St. verum ibi non se ipsum, sed Demonicum praefectum urbi, qui quando magistratum illum gesserit, mihi non constat, Chalcide oriundum ait, urbemque χαλκίδις numis expilasse queritur. Saepe quoque de sua Andromacha queritur ut p. 137. e quo carmine duo haec colligas; unum, Zenonis nomine  
non

non alium, sed semet ipsum, designasse Palladium c. 306. nostrae collectionis; alterum, ipsum vixisse, eo tempore, quum lex ab Imp. Romana edita esset, qua repudia levem ob causam vetarentur. Quae lex quando et a quo imperatore lata fuerit, Juris consultis permitto ut edicant.

ΠΑΡΜΕΝΩΝ. Non dubito eundem esse qui PARMENON et PARMENION appellatur. Hoc quidem ubique in Anth. Planudea audit, addito ter quoque *Μακεδόνος*, quam ejus patriam et ipsum nomen prodit, et carmen in Thermopylas p. 7. et aliud in tumulum Alexandri M. per paginas 203. et 239. discerptum, suadere videntur; et ipse quoque Philippus in praefatione ad suam coronam sic appellabat, juxta lectionem Martini Vavassoris a Fabricio representatum T. II. B. G. p. 687. ult. (Nam C. L. ibi *Παρμενίων* dat.) Unde conjectura quodammodo de Parmenionis aetate fiat. Contra Parmenontem appellat Stephanus Byzantinus bis, v. *Βυθῖνοι* et *Φερκίον*, ubi Byzantium eum vocat, (non enim dubito eundem cum nostro esse, qui videtur in Macedonia natus apud Byzantium aetatem egisse) tum quoque titulus carminis 263. et ipse se eodem carmine *Parmenontem* vocat. En illud ipsum carmen, e secundo libro collectionis Constantini Cephalae.

ΠΑΡΜΕΝΟΝΤΟΣ. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ ἐνδεκασυλλαβοῦχόν.

Χαλκίᾳ ἔργα λέγῃτε θοῆς ἐπινίκια πῶλε

Ἴη τις κεντροσφινῆ βαλῆσαι παιῖδα

Ψιλή λευρὸν ἔθενσε παρὶ δρόμον, ὅκ δ' ἄρ' ἐκείνε

Παρμηδῶν χρυσέης κύρησε νίκης.

Φάκρῃε, σὼ δ' ἄρα παιδὶ κῆ Γαμίδα βασιλῆε

Πατρῶων ἔδδοσαν λαχῆν ἀέθλων.

Verum si recte conjicio et interpretor hoc carmen, aut non pertinet ille Parmenon in ipso carmine memoratus ad Parmenontem

menontem poetam in titulo nominatum, aut si auctor carminis cum victore laudato idem est, diversus sit necesse est a Parmenonte Macedone aut Byzantino. Non obscure enim significat id, quod produximus, carmen ad hominem Phocensem pertinere, cujus equus, abjecto quamvis infessore sub cursus initium, tamen cursum absolverit et victoriam adeptus fuerit, herumque suum, Parmenontem, Phocriti filium, palma bearit, praemia distribuentibus Hyamidis, hoc est Phocidis magistratibus. Vid. Pausan. p. 811. c. fin. Sic enim existimo legendum esse pro Υαλίδου, quod est in codice Lipsiense. Similis ergo fuerit ille equus Parmenontis equo celebri Phidolae, de quo v. Pausan. p. 484. et quae in addendis ad c. 424. Casus hic quando contigerit, obscurum est. Et si vel maxime de ipsius aetate constaret, non tamen ideo dubium omne de aetate poetae foret expeditum. Sit ne idem cum Parmenonte aut Parmenione Πάρμενις, cui tribuitur in schedis La Crofii carmen, quod hic subjiciam, non novi, neque dixerim probane sit ea scriptio. Est autem hoc,

Παρμίδης.

Διμῶ κῆ θραΐης χαλεπή κείσις. ἀρζαλίοι μὲν

Πεινῆν, καὶ κρήτη δ' ἐς ὀδυνηρότερα.

Πεινῶν εὐχετο θραῦν, κριμῶνενος εὐχέτο λιμῶν

Φυκίς. ἰδ' ἀκλήρε παιδὸς ἀνωμαλίην.

*Difficilis inter famem et animum optio. durum quidem*

*Esurire, at multo acerbius cum anu dormire.*

*Quum adhuc esuriret Phyllus, optabat sibi conjugium*

*divitis anus contingere, cui ex quo accubat, optat  
pristinam egestatem.*

*Vide mihi quaeso infelicis juvenis inaequalitatem.*

Dubium

Dubium tamen utrum hic titulus ad versum praefationis ad Coronam Meleagri 32. ubi *παρθένης*, debeat refingi, potius illo versu reponi *παρμήνης* ad hoc exemplum, an tandem *Parmenis* et *Parthenis* diversi sint.

ΠΑΥΛΟΣ. PAULLUS *Silentarius* quando vixerit, fatis et titulus dignitatis, quem gerit, *Silentarius*, et *ἑκφρασις*, vel descriptio templi S. Sophiae a Justiniano M. conditi, ab ipso scripta et a Dn. Cangio pone Cinnamum edita, declarant; ut pluribus demonstrare opus non sit, hominem saeculo VI. p. C. N. adolescente floruisse, aequalem Agathiae et Procopio.

ΠΕΡΣΗΣ. PERSES vel PERSIUS quando vixerit, e nullo fragmentorum ejus constat. Id unum novimus ante Meleagrum, aut cum eo vixisse; quippe qui Persen inter poetas suos v. 26. numeravit. Conjicere Persium hunc eundem fuisse cum illo Perseo Stoico, Zenonis famulo et discipulo, qui circa Olymp. 130. fuit, de quo v. Jons. II. 11. p. 171. id esset conjecturam nullo fundamento nixam periclitari.

ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΣ. Et hunc quoque ibidem loci versu 41. Meleager in poetas suis recenset. Unde quodammodo de ipsius aetate conjectura fiat. Sed certius et strictius argumentum ipse Polystratus illo carmine pag. 203. Anth. St. praebet, quo recentem, ut videtur, L. Mummii victoriam in Graecos, et destructam Corinthum praedicat. Forte igitur fuit homo magnae Graeciae, qui tum temporis, hoc est circa Olymp. 158. 3. V. C. 608. aut Romae aut in Italia vivebat.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣ. POSIDIPPUM ante Meleagrum vixisse, aut ei aequalem, necesse est. Nam in coronae praefatione memoratur v. 45. Post Zenonem quoque Citieum,

patrem Stoicorum, vixisse eum liquet e carmine 322. Igitur incidit ejus aetas inter Olymp. 136. et 170. Fabricius Siculum eum perhibet fuisse, forte Meleagri loco dicto non satis recte percepto. Certe si alium nullum idoneum auctorem habuit, falsus fuit. Nam Σικελίδης ibi loci non ad Ποσειδίππυς redit, sed est nomen auctoris per se, de quo sub Asclepiada jam dictum fuit. Conf. quoque p. 239. Memorat Posidippus in fragmentis statuarium celebrem, Phylomachum aut Phylromachum, quem aetate regum Attali et Prusiae, item Antiochi M. et Persei, inter bellum secundum et tertium Punicum vixisse, constat e nota cl. Wesselingi ad Diodor. Sic. T. II. pag. 589. Circa multa ejus epigrammata controvertitur, alia enim Crateti, alia Asclepiadae, alia Meleagro tribuuntur ab aliis. Mihi quidem videntur carmina 350. et 351. non ejus, sed Meleagri esse. Ni ambo sint, extra dubium est, saltim posterius ad Meleagrum auctorem pertinere.

ΠΡΟΚΛΟΣ. PROCLUS LYCIUS celeberrimus philosophus, quem exeunte Saeculo IV. post C. N. floruisse ad C. 755. demonstravi. Non nominatur quidem in Anthologia, neque nostra, neque Planudea. Ejus tamen esse carmen 587. e Marini vita Procli constat.

ΡΙΑΝΟΣ. RHIANUS indicio nullo certo suam aetatem prodidit. Id tantum ex ejus fragmentis intelligas, eum post Olympiad. 125. vixisse. Nam carmine 447. meminit cultus, quem Galli matri deum exhibebant. Igitur aut antiquior aut aequalis Meleagro fuit, qui eum in suis poetis numerat versu 11. Suidas eum Cretensem perhibet fuisse, aequalem Eratostheni, adeoque Olympiadi 134-140.

ΡΟΥΦΙΝΟΣ. RUFINI aetatem nullis indiciis potui deprehendere. Consumpsit omnem suam poesin, quae quidem

dem hodie exstat, in amatoriis nugis. Forte idem est cum illo Rufino, cujus Pasiphaë in appendice Petronii Pithoëana legitur. v. Fabric. B. Lat. T. II. p. 219. Graeco-Latinum hominem fuisse hunc Rufinum ipsum nomen prodit.

ΣΑΠΦΩ. De SAPPHONE celeberrima poetria non habeo, quod dicam post Fabric. B. G. T. I. p. 589. et Wolffium, qui fragmentis ejus a se recensitis uberrime de vita ejusdem exposuit. Conf. quae supra de *Nosside* protuli. Consentiunt scriptores in id, circa Olymp. 42. eam floruisse.

ΣΙΜΑΙΘΑΣ. Carmini 559. inscriptum inveni εἰς Σιμωνίδην Σιμαίθου. Unde Σιμαίθου effeci, re non satis perpensa. Nam deprehendi deinceps auctorem carminis esse Simonidem ipsum. Ergo delendum hoc nomen e numero poetarum epigrammaticariorum.

ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ. Celeberrimus poeta SIMONIDES, ut a me praedicetur opus non est. Adeat, qui de illo scire cupit, Fabric. B. G. T. I. Mihi datum hic loci existimo, ut in ejus aetatem inquiram. Ait Fabricius, vir clarissimus, eum nonagenario majorem Olymp. 78. obiisse. Verum tamen exstant Simonidae duo carmina, unum in nostra collectione n. 581. alterum in Anth. St. p. 201. quibus celebrat felicem Atheniensium duce Cimone contra Persas ad Cyprum et in Cilicia pugnam, quae contigit anno tertio Olymp. 82. Neque tribui haec carmina juniore Simonidae possunt, quippe quem post Olymp. 125. vixisse constat e carm. 460. quo sacra Gallorum, quae demum post illud tempus in Graeciam cum barbaris illi immigrarunt, memorat. Saepe confunduntur illi duo Simonidae. Vetus ille carmina sua sat multis aetatis suae notis illustravit. Ut Anth. St. p. 442. et 512. Persici belli



## 84 NOTITIA POETARUM

meminit p. 438. arae libertatis, quam commune Graecorum post profligatum apud Plataeas Mardonium erigebat. pag. 205. celebrat Leonidam, carmine nostro 453. Pausaniam, et c. 446. Hieronem Syracusanum vetustiore. c. 259. quod Allatius etiam habet, Dandin Argivum stadiodromum Olympicum, qui Olymp. 77. vicit teste Julio Africano. pag. 212. vexat Timocreontem, qui se atque Themistoclem convitiis prosciderat. Illud quod p. 276. Anth. St. legitur in Anacreontem e dictione agnoscitur junioris Simonidae esse. Ad eundem juniorem pertinere haec, quae mox dicam, aetas arguit; nempe pag. 274. in Sophoclem, p. 296. in Scopam sculptorem, p. 302. in Iphionem Corinthium, p. 331. in Praxitelem et Phrynen meretricem, p. 373. in Xenoclem architectum.

De ΣΚΥΘΙΟΥ et ΣΚΥΝΘΙΝΟΥ rebus et aetate mihi profus nihil compertum est. Sintne ambo nomina ejusdem hominis, an diversorum; illene forte *Dionysus Scythius*, de quo Fabricius B. G. T. II. p. 801. hiccine *Secundus* aut *Secundianus*? De patrio quoque nomine nil statuo. Videtur tamen *Scythius* a *Scythopoli*, urbe Palaestinae apud Jordanem dictus fuisse. Boivinus in suo codice, hoc est regio Parisino, quondam Guyetano, non videtur nisi unum Σκυθίης nomen reperisse, quia *Scythiam* solum, absque *Scynthino* memorat T. III. Commentar. Acad. Inscript. p. 353. in indice poetarum Anthologiae.

ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΣ. STATILIUS FLACCUS (male carmini 30. Στρατύλλιος inscriptum est in C. L.) nomen est Romanum. Sed quando vixerit ille Statilius Flaccus, non apparet ex ejus fragmentis, quae omnia rebus levibus, partim quoque turpibus, versantur.

ΣΤΡΑΤΩΝ.

ΣΤΡΑΤΩΝ. STRATONIS tam obscurae sunt patria, aetas et res, quam celebris vel potius famosa est ejus Musa puerilis, opus miserandum magis, an detestandum, dicam nescio. Certe est dedecus humani ingenii, quamvis, si quam auctor in eo monstravit pangendorum versuum dexteritatem et praeclaras dotes, ad melius argumentum transfulisset, egregie fuisset de literis promeritus. Dictione elegans, tersa, facilis, exquisita; argumentum leve, foedum et pudendum. Valde antiquum hunc Stratonem esse viri docti haecenus existimarunt. Verum et e silentio tam Meleagri quam Philippi Thessalonicensis, quam e multis nominibus poetarum, Augusto, Tiberio, Hadriano, quid quod etiam Severo Augustis aequalium, quae in Musa Stratonis leguntur, constat, hunc hominem aevo Severi Imp. hoc est tertio post C. N. ineunte vixisse. Non enim probabile est tot poetarum tot carmina post Stratonem, ab alio fuisse addita, quae Musae illius partem haud contemnendam efficiunt. Insunt autem illi Musae horum auctorum, qui omnes saeculis a C. N. duobus primis in vivis fuerunt, carmina, *Tullii Laureae, Julii Leonidae, Frontonis, Statilii, Flacci, Julii Dioclis, Dionysii Sophistae*. Ipse Strato *Agrippam*, c. 181. et *Lucinum* c. 183. nomina Romana, citat. Qui Lucinus, si idem sit cum Luciano, celebri scriptore, et certum praeterea sit, Stratonem sub Severo vixisse, ingens pondus accedit ad Henrici Dodwelli sententiam, differt. de Isidoro Characeno, §. 5. p. 63. T. II. Geograph. Graec. minor. Hudsoni propositam, Lucianum sub Severo vixisse. Non pertinet ad rem nostram litem taediosam de Luciani aetate movere. Caeterum falluntur, qui existimant Stratoni soli Musam de ipso dictam deberi, quam ille primus non condidit, sed a Meleagro conditam auxit, ut  
supra

## 86 NOTITIA POETARUM

supra, quum de Meleagro dicerem, p. 244. demonstravi. Ponam hic aliquot Stratonis carmina ex iis, quae salvo pudore legi possunt, praesertim si commoda interpretatione invidiosae vocis *παῖς* de puella, et crassae turpisque amicitiae de honesta philosophica molliantur. Carmen protinus secundum Musae puerilis vide quam sit lepidum et venustum.

Μὴ ζήτει δέλτοισιν ἐμοῖς Πρίαμον παρὰ βωμοῖς,  
 Μηδὲ τὰ Μηδείης πίνθηα καὶ Νιόβης.  
 Μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν.  
 Ταῦτα γὰρ οἱ πατέρες πάντα χυδὴν ἔγραφον.  
 Ἄλλ' ἰλαραῖς χαίρεισσι μεμιγμένον ἠδὺν Ἐρωῖα  
 Καὶ Βρόμιον. τέτοις δ' ὄφρως ὄσα ἔπρεπον.

*Meis in libris ne quaeras velim Priamum aris aduolutum,*

*Neque Medae Niobesue lugubres casus,*

*Neque Ityn in thalamis, neque Philomelas inter frondes arborum.*

*Majores haec ad taedium usque ubere pertractarunt copia.*

*Sed hilaribus junctum Gratiis jucundum Amorem*

*Et Bacchum hic quaere. Illos autem supercilium et tetricus vultus haud decet.*

Carmen 26. hoc est.

Κλέψομεν ἄχρα πίνος τὰ φιλήματα, καὶ τὰ λαθραῖα  
 Νεύσομεν ἀπλήλοισ νεύμασι φειδομένοισι;  
 Μέχερ πίνος δ' ἀτέλεσαι λαλήσομεν ἀμφολίαισι  
 Ζεύξωτες κενεὰς ἔμπαιλιν ἀμφολίας;  
 Μέλλοντες τὸ κωλὸν διαπαινήσομεν. ἀλλὰ, πρὶν ἔλθειν  
 Τὰς φθονεράς, Φεείδων, θῶμεν ἐπ' ἔργα λόγους.

Quous-

*Quousque furabimur oscula, et clandestinos  
 Rarosque jaetabimus in vicem niētus oculorum?  
 Quousque condicemus nobis nunquam in effectum euntia,  
 Qui quidem vanas procrastinationes alias aliis copu-  
 lamus?  
 Cessitando formam\* consumimus et amittimus. Igitur,  
 priusquam adveniant  
 Invidae †, verba in effectum mittamus.*

Carmen 180. accipe.

Οὐδὲ Σμυρναῖα Νεμέσεις ὅτε σὶ γε λέρουσι,  
 Ἄρτεμίδωρε, νοῖς· μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.  
 Ἄλλ' ἕτως ὑπέροπια, κ' ἄγρια, κ' ἐδὲ πρέπειλα  
 Κωμῶδῳ, φθέρῃ πάντ' ὑποκλειόμενος.  
 Μνηθῆση τέτων, ὑπερήφανε. καὶ σὺ φιλήσεις,  
 Καὶ κωμώδησεις τὴν ἀποκλειομένην.

*Haud curas et pili non facis monitum, etiamsi vel ipsae  
 Smyrnaeae Nemeses tibi illud,  
 O Artemidore, dicarent, nulla in re modum exceden-  
 dum esse,  
 Sed summi contemptus et scaevitatis plena jaetas verba,  
 ne in comoedo quidem mimum agente toleranda,  
 Mimum per omnia agens.  
 Recordaberis olim aliquando hos meos sermones. Nam tu  
 quoque amabis,  
 Et exhibebis in temet fabulam de scorto excluso.*

---

\* Aut si quis ad honestiorem sensum detorquere velit id, quod ab auctore dictum sensu non honestissimo fuisse constat, potest ille quoque vertere "occasionem praeclari facinoris edendi."

† Canas comas malumus accipere.

88 NOTITIA POETARUM

Quaerendum jam quis in comoediae mediae poetis fabulam titulo τῆς ἀποκλειομένης inscriptam ediderit. Verum id ab instituto nostro alienum est. Placebit quoque carmen 186.

Ἄρκιον ἤδη μοι πόσιος μέτρον. εὐσαθίη γὰρ  
 Λύεται, ἢ τε φρενῶν, ἢ τε ἀφ' ἑσμάτος.  
 Χ' ὡ λύχνος ἔργισται διδυμῶν φλόγα, κ' ὅς ἀειθμίῳ  
 Πολλάκι χειροφύζων τὸς ἀνακεκλιμένους.  
 Ἦδη δ' ὅσκι' ἐπὶ μένον ἐπ' οἰνοχόον σεσύθημα,  
 Ἄλλὰ πάρωρα βλέπω κατὰ τὸν ὑδροχόον.

*Jam satis bibi. nam constantia  
 Et mentis et linguae labascere incipit.  
 Lychnus gemina flamma ardet, et iterum iterumque mumerare  
 Conviuas tentans, semper tamen bis tot, quot sunt,  
 numero ;  
 Neque solum erga pincernam mihi surgit praeceps impetus,  
 Sed prava tuens etiam in ipsum ruo aquigerulum.*

Qui deinceps Petronium edent, non omittent hoc carmen allegare. Pergo ad Carm. 201.

Μέχρι τίνοσ σε γελῶντα μόνον, μηδὲν δὲ λαλέοντα  
 Οἴσομεν ; ἐπὶ ἀπλῶσ ταῦτά σου πᾶσι φίλοισ ;  
 Αἰτῶ, καὶ σὺ γελᾷσ. πάλιν αἰτῶ, κ' ὅσκι' ἀποκρίνη.  
 Δακρύω, σὺ γελᾷσ. βάρβαρε, τί το γέλωσ ;

*Quousque feremus te ridentem tantummodo, nec loquentem?  
 Dic quaeso absque dissimulatione: itane cum omnibus  
 tuis amicis agis, ut mecum?  
 Rogo, et tu rides. iterum rogo. tu non respondes.  
 Ploro. tu rides. barbare, illene risus sit?*

Potest

Potest elegantissimum carmen ad illos transferri, qui blandis mendaciis et vanis pollicitationibus, quibus fidem facere ne per somnium quidem cogitant, inopum quiritationes eludunt. Carmen 217. non male illis codicum manuscriptorum faevis possessoribus applices, qui neque ipsi suis opibus utuntur, aut uti sciunt, neque alios, qui illis uti possent, admittunt.

Εὐνῆχος τις ἔχων καλὰ παιδία πρὸς τίνα χρῆσιν;  
 Καὶ τέτοισι βλάβην ἔχ' ὅσιν παρέχει.  
